COMMVNES CONCLVSIONES ANTONII GABRIELII ROMANI,

Collegij ſacræ aulæ conſiſtorialis Aduocatorum decani,
Et Fiſci Apoſtolici Aduocati;

IN SEPTEM LIBROS DISTRIBVTAE:

Ab innumeris erroribus repurgatæ, ac in meliorem formam redditæ.

CVM RERVM NOTABILIVM INDICE LOCVPLETISS.

ACCESSIT PRAETEREA INDEX CONCLVSIONVM omnium, quæ in volumine ipſo continentur.



VENETIIS, Apud Minimam Societatem,

M D XCIII.

ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISSIMO
ALEXANDRO FARNESIO,
S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO,
AC VICECANCELLARIO DIGNISSIMO.
MARIVS GABRIELIVS S.

NEMO est, qui ignoret, Pater Amplissime, omnes, qui adhuc sua scripta in lucem edere, ac posteritati consecrare voluerunt, diu summis laboribus, & vigilijs claborasse, vt, quæ in omnium conspectum essent proditura, cum ea quidem plurimorum iudicium subire deberent, ita omni ex parte vnicuique non solum ingenio, & eruditione illustrata, ac optimo ordine disposita, & accommodata apparent: sed etiam elegantia verborum, grauitateque sententiarum ornata, ac omnibus quidem numeris perfecta, & absoluta conspicerentur. Ità enim fit, vt, quæ in lucem prodierint, omnium quidem iudicio facilè probentur, & autores suorum laborum, ac vigiliarum debitam, ac perpetuam laudem consequantur. Non possum igitur non vehementer dolere, temporum malitia in eum locum me adductum, vt quædam Antonij Grabrielij Patris mei in iure ciuili domestica Commentaria ab eo currenti calamo ad priuatam solum commoditatem conscripta, intempestiuè in lucem proferre sim coactus: quę cum non alia quidem de causa ab ipso in hunc ordinem fuerint redacta, nisi vt ea facilius memoria retineret, quæ frequentius his temporibus in vsu, ac forensi exercitatione versantur, meritò memorialia appellabantur, prout etiam multis locis in libro sub confictò nomine Portij Imolensis peruulgato scriptum videmus. Quàm igitur ab omni vsu, ac ratione alienum sit, ea in communem vsum proferre, quæ tantummodò ad priuatam vtilitatem sunt instituta, nemo est, qui non videat: in ijs enim multa quidem desiderari necesse est, quà tum ad perfectam eruditionem, tum etiam ad ornatum, & elegantiam verborum maximè sunt necessaria. Itaque cum in hoc libro quàmplurima sint, quæ potius inchoata, & adumbrata, quàm absoluta, & perfecta dici possint, facilè ex eo vnusquisque intelliget autorem, nihil minus vnquàm cogitasse, quàm vt huiusmodi scripta omnibus prorsus ornamentis denudata ante oculos omnium proponerentur. Eò magis etiam ab hac editione mihi abstinendum esse perspiciebam, cum post Patris mei obitum multa quidem à doctissimis viris conscripta, & in lucem edita sint de ijsdem rebus, in hoc etiam volumine contentis: quę cùm sint omni studio, & diligentia elaborata, multò elegantius, & copiosius ab ipsis etiam videntur scripta, & explicata. absurdum enim esse arbitrabar, ea ipsa postea diuulgare, quæ iampridem ab alijs ità essent pertractata, vt nec magis ornatè scribi, nec vberius, vel diffusius à quouis disputari possent. In qua quidem sententia eò mihi magis permanendum esse existimabam, cùm animaduerterem omnia, quæ in hoc volumine scripta continerentur, ab vnoquoque magis laboriosa, quàm subtilia, dijudicari posse: nihil enim in eo habetur, nisi de vnaquaque re, omnes, & singulæ Iurisconsultorum opiniones, nudis, ac simplicibus verbis quàm breuissimè recitatæ. Non mediocriter etiam me commouebat, cùm viderem autoritates Iurisconsultorum in hoc libro secundum antiquas editiones esse citatas, quæ res non modicam difficultatem Lectoribus in Doctorum sententijs reperiendis est allatura, cùm iamdiu aliæ longè commodiores extent, quibus ità antiquæ sunt absoletæ, vt vix quidem ijs temporibus illarum vestigia appareant. Postquàm autem librum hunc festinanter impressum perlegi, maiorem animo cœpi dolorem, quàm plurima enim, & penè infinita in eo loca perspexi (& non quidem leuia) Typographorum inscitia, & negligentia non solùm corrupta, sed sæpissimè etiam

mutilata, & penitus deprauata, quæ ità Lectorum aures offendunt, vt ex illis quidem verbis nihil prorsus intelligi, vel percipi possit. Quæ omnia eò quidem videbantur pertinere, vt existimarem honori, ac famæ Patris mei magis consultum iri, si hæc familiaria Commentaria, licèt à plurimis maximo desiderio exoptata, supprimerem, ac domi continerem, quàm si ea publicis monumentis mandarem. Sæpè enim ità factam esse memineram, multa scripta, dum adhuc penès suos Autores custodirentur, magnam sui expectationem concitasse, sed perfecta tandem, & in publicum edita, longè minorem famam expectatione reperijsse. Sed nouus, & importunus casus maximè me à proposita, & suscepta huius instituti ratione reuocauit. Nam superioribus annis, paucis ante mensibus, quàm Pater ex hac vita migraret, famulus quidam Barbarus, cuius opera ipse in scribendo vti consueuerat, multa clàm ex his Commentarijs transcripsit, eaq; post eius mortem pluribus tum Romæ, quorum in numero fuit Cæsar Contardus, vir in hac iuris scientia apprimè doctus, & eruditus, tum etiam per varia Italiæ loca quamplurimis exiguo pretio tradidit: tandem Patauium perueniens Iacobo Philippo Portio Imolensi ibi Ius Pontificium publicè interpretanti, non minimam partem huius paterni laboris recepta mercede similiter condonauit: Quę quidem scripta vsque ad eius obitum diligenter ab ipso domi custodità, & asseruata fuerunt. At eo mortuo, Hęredes, ijsdem ipsis Commentariis inter alia Portij monumenta repertis, opinati illa ab ipso Portio elucubrata fuisse, iusto errore ducti, eam Commentarij partem, vt se habebat, nulla interposita mora eiusdem Portii nomine librariis describendam, ac diuulgandam tradiderunt. Id autem, vt caderet, præcipuè commissum est Portii morte, qui, vt erat singulari bonitate, & integritate præditus, haudquaquam vllo vnquam tempore sibi tribuere ausus fuisset, quod proprium alieni laboris esse non ignorabat: idque eò potissimum censendum est, cùm ipse studiosè sibi iàm in hac iuris scientia propriam Scriptorum supellectilem comparasset, quæ post eius mortem publicis litteris mandata maximo eius nomini fuit decori, & ornamento. Sed, vt omnibus exploratum sit, eam eius nostri Commentarii partem, quæ hactenus Portio Imolensi est attributa, nullo iure, vel causa ipsi ascribendam fuisse, de iis scilicet probabilibus rationibus, ac perspicuis, & indubitatis indiciis facilè demonstratur. Cuius rei illud quidem in primis argumento sit, quòd pluribus in locis eiusdem libri Autor in Doctorum sententiis comprobandis testatur, se in multis causarum controuersiis coràm Ioanne Clerici, Raynaldo Petrutio, & aliis tunc Rotæ Romanæ Iudicibus ità obtinere consueuisse. Quod quàm sit ab omni veritate alienum, si id Portio Imolensi referamus, quiuis intelligere potest, cùm nemini dubium sit, illis quidem temporibus, eum non modò coràm iisdem Iudicibus in causis agendis minimè versatum fuisse, sed etiam tunc temporis ipsum ne ad vrbem quidem accessisse, aut vllo vnquam tempore eosdem Iudices forsan vidisse, aut alloquutum fuisse. Idque etiam alia euidenti ratione colligitur: si enim ætatem Imolensis diligenter inspiciamus, qui, vt in eius vita legitur, vix sextum, & quadragesimum suæ ętatis annum attigit, ipsum id temporis in ea scilicet ętate constitutum, nihil minus, quàm Aduocati officio tunc fungi potuisse, intelligemus. Proximè huc quoque videtur accedere, quòd in nonnullis locis eiusdem libri scriptum legimus, in quibus sæpe ab Authore Romana statuta, vt propria citantur, & etiam interpretantur: quæ res cum satis apertè demonstret, Autorem, vel Romanum esse, vel assiduè in Vrbe Romana commoratum fuisse nemini dubium erit id Portio Imolensi nequaquàm conuenire, qui tàm breui tempore in Vrbe permansit, vt non magis illi ea statuta quàm cuilibet extero, vel alienigenæ propria esse possint. Omitto etiam diuerso, ac omnino dissimili scribendi genere illum semper in aliis suis scriptis vti consueuisse. Sed ex vetustissimis Codicibus, domi existentibus, iàm ferè per quadraginta annos manu veri Autoris conscriptis, in quibus omnia iisdem verbis, eodem ordine scripta licet intueri, quæ etiam in libro Portii nomine in lucem edito scripta, & repetita apparent, facilius omnibus suaderi poterit, ea quidem Commentaria hactenus in lucem prolata, à nemine, prætérquam à Patre composita, & instituta fuisse. Quid plura? Contardus ipse, & cæteri, qui à famulo ea scripta habuerunt, palàm, & apertè testantur ab eodem accepisse, se è domo Patris ea quidem scripta substulisse. Quæ cùm ita sint, nullus relinquitur dubitandi locus, quin ab omnibus magis Antonio Gabrielio, quàm Portio Imolensi liber ille meritò ascribi debeat. Quamobrem postquàm eundem librum iam in publicum prolatum perspexi, grauiter commotus, vt ea, in quibus olim Pater tot tantisque laboribus, & vigilijs vsque ad extremum vitæ cursum insudasset, nunc tamen alieno, veri autem Autoris nomine suppresso, inscriberentur, adductusque tum officii mei, tum etiam Paternę pietatis ratione, non potui de mea prima sententia non decedere: malui enim hęc quidem scripta etiam minus exornata, & castigata nomine veri Autoris peruulgari, quàm mutilata, & diminuta alieno nomine sempiternæ memorię mandari. Hanc autem sententiam eo libentius sum sequutus, postquàm ad illam comprobandam non modò multorum, & grauissimorum virorum, quibus plurimum debeo, iudicium, & auctoritas accessit, sed etiam commune desiderium amicorum idem à me summis precibus effla-

gitan-

gitantium in eadem me maximè confirmauit. Quod mihiquidem tutissimum fore præsidium spe
ro, cum omnes intelligere possint, me non tàm meo, quàm alieno iudicio id experiri voluisse.
Itaque nihil mihi magis in huiusmodi munere obeundo faciendum existimaui, quàm vt illam vul
garem, ac falsam iam de Portio conceptam opinionem, celeri hac nostra editione quamprimum
ex animis hominum euellerem. Vix igitur tàm iis Commentariis nomine Portii in lucem relatis,
quàm nonnullis aliis pręterea additis, breuiter decursis, &, vt potui, ex temporis angustia in
ordinem dispositis, statim ea librario consignaui. Quæ & si minus perfecta, & verborum com-
positione non satis polita videbuntur, omnibus saltem aliquod specimen, vel argumentum prę se
ferent, quid ipse Auctor in hac Iuris scientia fuisset assequutus; quemadmodum etiam & in Pi-
ctorum tabulis videmus, quæ licèt inchoatę tantummodò ac adumbratæ conspiciantur, nihilo
minus sola artificii inuentione, ac compositione, excellentiam, vel imperitiam Pictoris optimè de-
monstrant. Quare si hęc quidem Commentaria ab omnibus vulgo probari intelligam, non mo-
lestè feram plus etiam studii, & diligentię ad illa absoluenda, & corrigenda conferre: sin minus,
eorum memoria tanquam prorsus inutilis breuiter abolebitur; non secus ac de arborum, vel a-
grorum genere plerunque accidit, qui si frigiferi sint, diuturna etiam agricolę cultura, & diligen
tia, meliores quotidiè, & vberiores fructus proferunt: si autem steriles, & minimè fructuosi sta
tim absque cultura ab omnibus deseruntur, & inter densas vepres, & horrida dumeta facilè obo
lescunt. Cum primum autem, Pater Amplissime, hæc quidem Patris mei scripta in lucem emit-
tere decreui, nihil mihi magis conueniens, aut rationi consentaneum visum fuit, quàm ea ali-
cuius nomini consecrare, cui & ipse Autor gratissimus, charissimusque semper fuisset, & vt eius-
dem nominis auctoritate, ac amplitudine, tanquam adamantino clypeo opus istud (quod a pro
prio artifice vix quidem prima, nedum extrema pigmentorum lineamenta excepit) ab inuido-
rum, & obtrectatorum calumniis facilè protegeretur. Quapropter, cùm non ignorarem, quam
mirificè ipse Autor non solùm te, tum propter ingenii tui excellentiam, atque incredibilem re-
rum vsum, tum ob cęteras egregias tui animi dotes, sed etiam PAVLVM III. PONT.
MAX. auum tuum sanctissimum, & sapientissimum virum (cuius quidem diuinam virtutem ho-
mines admirari potius, quam laudibus efferre indies magis videmus) & istam tui nominis Illustris
simam, amplissimamq; familiam studiosissimè semper coluerit, & obseruarit, librum hunc, in quo
non minima quidem pars eiusdem laborum, ac vigiliarum reponitur, iure optimo tibi dicare, &
in nomine tuo apparere volui: cum enim semper illum, quoad vixerit, maximè dilexeris, mortui
verò viuam memoriam tenueris, dubitare ego minimè debui quin eius lucubrationes tuo amplis-
simo nomini dicatę, & aptè conuenirent, & gratissimę contingerent. Ex tui autem nominis splen-
dore, & amplitudine tantam auctoritatem ijs Commentariis accessuram omnes facilè intelligere
possunt, quantam ea ex cuiusuis alterius nomine vllo quidem tempore consequi potuissent.
Librum hunc igitur hilari fronte, gratoq; animo accipe, & vt Antonii Patris mei, tui semper stu-
diosissimi, ac obseruantissimi opus, & vt munus a me tibi summa animi propensione dedito, atq;
addicto profectum, quod erit meę erga te perpetuę voluntatis, & obseruantię certissimum apud
omnes argumentum, & testimonium. Leuiora hęc esse opinor, quàm tuę amplitudinis ratio po-
stularet, sed tu summę humanitatis, ac benignitatis magnitudine, muneris huius tenuitatem faci-
lè compensabis. Si igitur hęc, qualiacunque sunt elucubrata, & in apertum prolata, tibi gra-
ta fuisse intellexero, pręclarè satis actum mecum esse arbitrabor. Romę prid. Non. August.
M. D. L X X.

INDEX RVBRICARVM QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

INDEX CONCLVSIONVM, SEV REGVLARVM,

QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Igno-

Index Conclusionum

Mone-

Index Conclusionum

Ratificari

R

S

T

Te-

Index Concluſionum

V

INDEX
OMNIVM VERBORVM, AC SENTENTIARVM INSIGNIVM,

QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR,

Per ordinem alphabeti dispositus.

Quid

B

C

Index

a Papa

Index

Debito

Index

D

Dom

Index

F

Index.

Limitu

Quid

Quid

M

quam

Mona-

Index

Nullitas

Quid

Lim-

Index

S

An

non

Quid

Quid

Idem

Index

Vsufru-

Lim.

iure

An

Index

valet

Vsufru-

Index

F I N I S.

ANTONII GABRIELII ROMANI,

COLLEGII SACRÆ AVLÆ CONSISTORIALIS ADVOCATORVM DECANI, AC FISICI APOSTOLICI ADVOCATI,

Conclusionum, seu Regularum, LIBER PRIMVS.

In quo habentur conclusiones ad materiam probatoriam pertinentes.

DE PROBATIONIBVS CONCLVSIO I.

ARGVMENTVM.

Probationes imperfectæ iunguntur ad faciendam plenam probationem.

1 EST vulgare dictum, q; quę non prosunt singula, iuncta iuuant; & quòd plures imperfectæ probationes iunguntur ad faciendam plenam, & perfectam probationem; vt not. glo. in l. 2. ff. de excus. tut. in verbo, legitimis, & in c. cùm causam, de probat. gl. in c. veniens, el 1. in verbo, illorum, de testi. gl. in l. instrumenta, C. de probatio. & in l. 3. §. ideò quòd in verbo speciem, ff. de testib. & idem dicit Innoc. in c. fi. de succes. ab intest. Bar. in l. admonendi, col. 9. in fi. ff. de iureiu. Dy. & Bar. in d. l 2. §. 1. ff. de excus. tut. & in l. 1. §. idem Cornelio, ff. de quæst. & in l. spadonem, §. qui iura, ff. de excusat. tut. in l. si quis ex argentariis, §. 1. ff. de eden. Ant. de But in c. veniens, el primo, in fi. de test. Abb. in c. cum causam, col. fi. de test. & in c. cum dilectus, nu. 17. de succes. ab intest. Alex. in l. admonẽdi, col. pen. ff. de iureiur. & in cons. 20. vol. 4. Ancha. cons. 276. col. 1. Ant. de But. in c. fi. col. 5. ver. sed est dubium, de iureiur. Saly. in l. bonæ fidei, col. 9. vers. visis, C. de iureiur. & in 6. col. in 9. opposi. Alex. in consi. 53. in fi. col. vol. 1. & in cons. 10. vol. 4. Ias. in repet. l. admonendi, col. 96. ff. de iureiur. Alb. de Ros. in l. instrumenta, C. de probatio. Bald. in l. 1. C. qui num. tut. Calca. in cons. 8. col. 5. in fin. & seq. Cassa. in cons. 14. col. 5. & seq. & cons. 16. nu. 14. Caccial. in repet. d. l. admonendi, nu. 154. & num. 157. Barb. in d. c. cum dilectus, colum. 8. de succes. ab intest. Saly. in d. l. admonendi, col. 6. in fin. Bal. in l. per hanc, col. 3. C. de temp. appel. Imola, in cons. 138. colum. 1. Socin. in cons. 295. col. 2. Brun. in tract. de indi. col. 2. Barba. in cons. 6. col. pen. vol. 1. & cons. 7. col. pen. vol. 2. & in Rub. de probat. col. 9. Ripa, in l. admonendi, nu. 208. ff. de iureiur. Hippo. in cons. 20. nu. 47. & seq. Paris. in consi. 3. nu. 95. vol. 4. Grammat. consi. ciuili. 45. nu. 9. qui dicit communem * opin.

¶ Contrarium sentit Bald. in Rubr. de probat. in Decre.

2 PRIMÒ ex hoc dicto generaliter infertur, vt vnus testis de veritate facti coniungatur cum semiplena probatione alterius generis ad faciendam plenam probationem: Bald. in l. spadonem, §. qui iura, ff. de excusa. tuto. Petr. de Anch. in consi. 276. col. 2. Alex. in consi. 20. col. 1. & seq. vol. 4. Ruin. in consi. 46. nu. 14. vol. 4.

3 SECVNDÒ infertur, q; vnus testis, de veritate facti, & duo de partis confessione plenè probant; vt tradit Bar. in d. l. admonendi, col. 9. in fin. & ibi Ias. col. 98. dicit hanc communem * opi. ff. de iureiur. Pau. de Cast. in cons. 380. col. 1. in fi. & seq. vol. 1. Decis. Neap. 2. in antiquis, & Decis. 337. num. 6. Caccial. in d. l. admonendi, nu. 157. & Fran. Cur. senior. nu. 190. & Salyc. ibi, qui dicit ita communiter tenere Doct. in 6. col. in fi. ff. de iureiur.

¶ Contrarium voluit Bal. in auth. rogati, C. de test. & Rom. in sing. 203.

Tenendo primam opinionem magis communem.

4 Limita, si vnus testis deponeret de facto, & vous de confessione, quia isti non iungerentur ad plenam probationem faciendam, sed facerent plus quam semiplenam; vt not. Bald. in Rubr. de controuer. inuestitu. in l. si ex cautione, in 12. q. C. de non nume. pecu. in l. 2. §. fi. in fin. ff. si cert. pet. in c. fi. col. 2. ver. ex cuius dictis, de consuet. in c. licèt causam, col. 3. ver. & nota quòd singularitas, de prob. in auth. rogati, C. de test. Corn. consi. 58. colum. pen. in fi. uol. 3. Socin. in c. fi. de iureiur. Caccialup. in repetit. l. admonendi, nu. 159. uer. tertius casus: Bald. in l. Publia, ff. depos. Corn. cons. 13. in fi. uol. 1. in consi. 100. col. 2. vol. 2. & in cons. 153. col. fin. vol. 4. Fel. in c. licet ex quadam, col. 4. de testibus: Ias. in l. admonendi, in 2. lect. col. 24. Alex. in cons. 20. col. 1. in fi. uol. 4. Aim. consi. 73. col. 8.

5 ¶ Contrarium voluit Abb. in c. fi. de succes. ab intest. col. 2. qui tenet, quòd vnus testis de numeratione mutui, vnà cum alio de confessione iungatur ad faciendam plenam probationem, & idem sentit Fel. in d. c. cum causam, col. pen. de probat. dum impugnat differentiam Aret.

¶ Contrarium in hoc exemplo tenet Ias. in l. admonendi, in repet. col. 98. & Dec. in cap. cum causam, col. fi. vbi dicit hanc esse communem Doct. sententiam, & idem dicit ibi Felin. num. 10. de probat.

post Abb.ibi col.fi.& Aret.col.pen.in fi. Bal. in cõs. 218.in fi.vol.1.Saly.in l. testium, in fi. C. de test. Lofred.in consi.27.col. 3. Soci. in consi.89.col. 8. uol.1.Caccialup.in l.admonendi,nu. 159. in 4.casu.Lofre.consi.8.colum.3.Ruin.consi.72.colum.2. uol.4.Curt.senior, in l.admonendi,nu. 190. & seq. qui concludunt, quòd vnus testis de numeratione, & vnus de confessione non coniungantur ad probandum mutuum: & idem tenet Cyn.in l.2.colum. pen.in prin.C.quæ sit longa consuet.Salyc. in l.si ex cautione,in fi.C.de non num. pecu. Felin.in c. licet ex quadam,nume.2.de testib.Socin.in l.Gallus,§.ille casus,col.fi.ff.de libe.& posth.Alex.in cons. 127. col.pen.in fi.vol.7.

6 Limita:nam extra casum cõtractus mutui, vnus testis de contractu,& alter de confessione iunguntur, ut dicit Aret.in d.c.cum causam,col.fi.sentit Bal. in consi.218.in fi.uol.1.tenet Dec.in d.c.cum causam, col. fi. Lofred.in consi. 27.col.3. & consi. 8.col.3. Socin.in consi.89.col. 8.uol.1.Curt. iun.in l.admonendi,nu.190.& seq.

Sublimita hoc locum habere, quando vnus testis
7 deponit de confessione facta parte præsente, quæ probata per duos testes plenè probat,aliàs nõ posset procedere;& ita expresè loquitur Aret. in d.c. cùm causam.Lofred.in d.consi.8.col.3.Caccialup.in repet.l.admonendi,nu.158.& seq.Curt. senior, num. 190.Alex.in consi.76.col.1.uol.6.& consi.19.col. 4.& con.22.col.1.uol.4.Imol.in consi.138. col.1. in fi.& seq.Paul.de Castr.in consi.143.col. 2. in fi. & seq.uol.2.Cur.iun.consi. 168.col.6.Bal. in auth. rogati,C.de test. Aim.consi.73.col.8.& in tract. de antiq.temp.in quarta parte,nu.157.

8 Tertiò infertur,quòd unus testis de veritate,et duo de fama iunguntur ad faciendam plenam probationem,ut not.glo.in uerbo, famam,in c.1.de appellat.sentit glo. in uerbo,illorum, in c. ueniens, de test.el primo,gl.in verbo,possessionis,16.q.3.& in c.placuit,el secondo.Bal.in d.c.1.versi. quæro ergo, de appellat.& ibi Dec.col.fi.Henric. Boic.in c.cum causam,de probat.Bart.in d.l.admonendi,col. 9. Alexan.in consi.180.col.2.uolum.2. Calca. in consi.8, col.5.Spec.in tit.de not.crim.§.fama,versi.fama autem.Fel.in Rubric.de spons.colum. 6.in 19.speciali, Ant.de Butr.in c.ueniens,in fi.de testi.Cyn.in l.4.C. de probat.Abb.in c.veniens,col.4.de test.el primo; Bouer in singu.7.in verbo, probatio. Card.in consi. 9.circa fin.Bal.in l.2.ff.de excusat.tuto.& in Rubrica,de controuers.inuestit.col.1.Decis.Neapol.337. num.4.in antiquis.Fel.in c.cum causam,col.pen. de probat.Spec.in tit.de test.§.restat,in 25. casu. Bald. in Margarita,in verbo fama,num. 2. Salyc. in l.admonendi ,col.6. in fine, qui dicit ita communiter * tenere Doct. Caccialup.ibi,nu.157. & seq. Alexan. in consi.24.col.pen.uolum.2.in consi.13.colum.fi. uol.1.Paul.de Castr.in consi.143.in fi.uol.2.Alex. consi.19.col.fi.uol.4.

¶ Contrarium voluit Rain.in d.l.2.ff.de excu. tuto. vbi tenet, quod testes in hoc casu non iungantur, quasi sint probationes diuersi generis; de quo infrà dicetur,idem etiam tenebat Andreas de Pisis ibi.

9 Amplia primam cõmunem opin.quia multi uoluerunt,quòd vnus testis,qui deponit de veritate actus, & probat etiam de confessione, iungatur cum alio teste probante solam confessionem; prout uoluit Bald.in l.Gallus,§. ille casus, colum. 2.ff. de libe. & posthu.versi.& est argumentum.Soc. ibi col.2. ver. 2.noto,& ibi Claud.col.2. versi. inducit Bald. & ibi Ias.col.2.versi. subdit Bald. hic. Ias. qui dicit communem opin.in l.admonendi, nu. 99. ff. de iureiur. sentit Alex.in consi.112.col.3.volum.4. Lofred.in consi.8.col.3.Paris.in consi.56.col.3.uol.1.Trigo. in sing.66.Maria.iun.in consi.99.col.4.uol.2.Ruin. consi.46.col.6,uol.4.& consi.81.col.3.vol.5.Hipp. in sing.585.

¶ Contrarium voluit Alexan.in d.§.ille casus,col.4. versi.iuxta hoc non omitto, & in cons. 152.col.fin. vol.5.Curt.senior in repet.l.admonendi,nu.191.

10 Primò Limita istud, quod coniungatur vnus testis de rei veritate cum fama,vel cũ confessione,in causa ciuili ardua.Bal.in c.veniens,el primo,col.1.de test.

11 Secundò Limita, quoad probandam excommunicationis exceptionem, ad quam probandã vnus testis de facto, & alter de fama non coniunguntur, ita Spe.in tit.de not.crim.§.fama,ver. quid si agenti. Rom.in sing.199.idem tenet.Archid.in c.sæpe,4.q. 3.Dom.in c.pia,§.si quis,circa fi.de excep.in 6. Anto.de But.in c.veniens,el primo,col. fi. de test.Fel. in eo.c.col.4.in fi.Dec.in c.1.col.4. de appella.

¶ Contrarium autem tenet ibi Imo. col. fi. & Aret. col.7.& seq.Fel.in c.prudentiam,§.iuxta,col.fin. de offic.deleg.

12 Tertiò Limita in criminalibus, in quibus non iũgitur vnus testis cum fama. Ant.de But.in d.c.veniens,el 1.col.pe.& seq.post gl. ibi in uerbo, illorũ, Imo,col.1.& Fel.col.4.Dec.col.4.ver.2. conclusio. Abb.ibi col.2.& seq.Imo.in l.interesse,in fi.ff.de acqui.pos.Cy.in l.fi.in 1.col.ver. nũquid ergò fama,C. de quæst.Bal.in l.2.ff. de excusa. tut. & in l. si quia ex argentariis,§.1.col. 1.ff.de edendo,in c.1.ver.quæro ergò.de appel.Hipp.in sing.437.Io.de Ana,in consi.59.col.2.in fi.Sal.in l.ea quidem,col. pe. ver. sed tunc oritur dubium,C.de acc.Alex.in cõs. 143.col. 1.in fi.vol.2.Archi.in c.sciant,2.q.8.Oldr. in consi.192.post medium.Hipp.in l.de minore,§. plurimum,nu.55.vbi dicit cõem * opi.ff.de quæst. Ias.in cons.167.col.fi.uol.4.Dec.in cõsi.133.col.1. in fi. & seq.& in cons.310.in prin.in cons.429.nu. 9. & consi.210.in fi.vbi dicit communem opi.

13 Primò Ampliatur hæc limitatio etiam si de crimine agatur ciuiliter,ita sentit Abb. in d.c. ueniens, el 1.in fi.de test.& ibi etiam Ant.de But.col. fi.Hip. in d.§.plurimum,col.17.& in sing.437.Io. de Ana, in cons.59.col.3.Et Dec.in c.1. col. fi. de appella. Maria.iun. in consi. 99. col. 4. vol. 2.Dec.qui dicit communem * in cons.210.in fi.

¶ Contratiũ uoluit Imo. in c.veniens, el 1. col. 1.in fi.& ibi Dec.col.pe.de test.Io.de Ana. in consi. 49. ubi coniunguntur etiam plures præsumptiones.

14 Secundò ampliatur etiam si agatur de crimine excipiendo.Bal.in c.iam literis,in 2.no.de testi.Fel. in c.veniens,el 1.col.4.de test.Dec. in c.1.col. fin.de appella.

15 Tertiò ampliatur,vt nec etiam in causa matrimoniali unus testis cũ fama iungatur ad faciendam plenam probationem,prout concludit Dec. in cons. 133.col.2.ver.vnde etiam dicit.

16 Primò Sublimita, quia hæc limitatio est intelligenda dummodo agatur de pœna capitali, aliàs secus.Aim.in cons.134.col.9.

17 Secundò Sublimita, nisi vltra famam concurrerent plura alia adminicula cum alia semiplena tantum:ita Dom.in c.1.§.& quia,col.2. de vsu.in 6.qui hoc intelligit tantùm, quando leuis pœna imponitur,secus si grauis.

¶ Contrarium in hoc vltimo tenuit Felyn. in cap. veniens,

veniens,col. 5. de test. vbi non facit differentiam, an sit imponenda pœna grauis,vel leuis.

18 Qvartò Limita, quia ad probandam ingratitudinẽ nec fama cõiungitur cũ uno teste de visu, nec cum partis confessione. Ias. in l. admonendi, nu. 109. ff. de iureiur. Ripa, in l. fi. q. 57. in fi. C. de reuo. don.

19 Qvintò Limita, vbi requiritur apertissima probatio, nam tunc fama cum vno teste, non coniungitur, quia non diceretur apertissima probatio. Ripa, in l. fi. q. 57. C. de reuo. dona.

20 Amplia, quia talis non dicitur probatio, sed præsumptio, ita Bal. in c. 1. col. fi. §. cum autem, q. pen. de controu. inuesti. sequitur Ias. in repet. l. admonendi, col. 49. ff. de iureiur.

¶ Contrarium ꝙ immò sit vera probatio, quñ coniunguntur duæ semiplenæ probationes, voluit Aret. in c. cum causam, col. pen. ver. dis i etiam alibi, de probat. & istam esse probationem voluit Bal. in rubrica de prob. col. 1. & ibi Aret. in fi: & Dec. ibi col. 2. Fel. in d. c. cum causam. col. pen.

21 Primò Amplia hanc partẽ, quia & cõiungitur fama cũ confessione ad plenã probationem faciendã. Are. in cõs. 65. col. 2. in fi. Ale. i cõs. 113. col. 3. uol. 4.

22 Secvndò Amplia: nã similiter duę confessiones iungũtur, vt tenet Pau. de Cast. in cõs. 92. in fi. uol. 2. & in cons. 143. col. 2. uol. 2. & cons. 380. circa fi. vol. 1. Cur. sen. in l. admonẽdi, nu. 193. Paris. in cons. 57. col. pen. uol. 1. Alex. cons. 53. col. fi. vol. 1. Bertr. in cons. 175. col. 3. uol. 2. in nou. Aim. de antiq. tempo. in 4. par. nu. 157. uer. & in terminis.

¶ Contrariũ, ꝙ plures confessiones non debeant cõiungi, tenet Pau. de Cast. in cons. 109. uol. 2. Ant. de But. in c. licèt ex quadam, col. 3. de test. Abb. in c. cum causam, col. 4. de prob. Bal. i l. 2. §. fi. in fi. ff. si cer. pe. Sal. in auth. rogati, in fi. C. de testibus. Alex. in cons. 68. col. 2. vol. 3. & in cons. 185. col. 1. & seq. uol. 7. dum nititur saluare testes probantes confessiones à singularitate, sentiens si non sint contestes, non probare. Ias. in l. admonendi, in repet. col. 95. in fi. de iureiur. Affli. decis. 364. nu. 3. ubi dicit ita fuisse iudicatum. Cor. in cons. 261. nu. 80. & seq. uol. 3. Aim. de antiq. temp. in 4. par. nu. 157. uer. & reperio. Ruin. in consi. 99. col. 2. uol. 5.

23 Primò Limita principalẽ conclusionem, vt plures imperfectæ probationes in criminalib. non coniungantur ad plenã probationẽ faciendam, vt tradit Ias. in repe. d. l. admonẽdi, col. 96. post Ray. Dyn. in l. 2. de excusat. tuto. Bal. in l. si quis ex argentariis, §. 1. col. 1. ff. de edco. & in l. 3. §. 2. ff. de test. est bona gl. in c. veniens, de test. in verbu, illorum. Paris. in cons. 152. col. 5. ver. præterea tollitur, vol. 4. Dec. in c. cũ causam, col. fi. uer. 2. limitatur, de probat. Hippol. in consi. 20. nu. 48. & in practica sua, in §. expedita, col. 10. & in Rubr. de probat. col. 63. Caccialup. in l. admonendi, nu. 153. Grat. in consi. 47. nu. 7. vbi dicit communem * opi. uol. 2. & consi. 50. col. 3. uol. 2.

24 Primò Amplia hanc communem opi. quia vnus testis cum fama non probat in criminalibus, vt suprà diximus, vbi uide.

¶ Contrarium, ꝙ idem sit etiam in criminalib. tenet Albe. in l. 2. §. fi. ff. de excusa. tut. Bald. in l. excipiuntur in summario, ff. ad Sylla. Bar. idem sentit, in l. 1. §. idem Cornelio, ff. de quæstio. glo. in c. cum in Diœcesi. de vsu. & voluit Ales. in consi. 24. col. pen. vol.

25 2. quòd etiam in criminalibus duæ semiplenæ coniungantur, ad hoc, vt sequi possit condemnatio, licèt hoc nõ procedat in fama iuncta cum alia semiplena probatione, quia fama in criminalibus non probat semiplenè. Sequitur Dec. in c. cum causam, col. fi. de probat. dum ita limitat conclusionem, prout declarat Alex. in consi. proximè allegato.

Secvndò Amplia, quia in criminalib. non coniunguntur probationes diuersorum processuum, qui contra aliquem in diuersis instantiis formati fuerũt, ut no. Fel. in c. qualiter & quando, §. ad corrigendos, col. 1. de accusat.

26 Primò Sublimita, quñ in causis criminalibus non agitur ad pœnam corporalem. Cæpo. in consi. crimi. 32. col. 7. Gramm. in consi. 3. in fi. colum. 1. Aim. in consi. 178. col. 1. & consi. 134. col. 9. Alex. qui dicit communem * opin. in cons. 66. col. 1. vol. 6. Ias. in l. ait prætor, in prin. nu. 21. ff. de iureiur. Hipp. in l. maritus, num. 16. qui etiam dicit cõem, ff. de quæstiu. Ant. de But. post Host. in c. fi. col. pen. de iureiur.

¶ Contrarium videtur sentire Gramm. dec. 11.

27 Secvndò Sublimita, quando agitur tantum ad effectum torquendi, non ad effectum puniendi. Cæpol. in d. consi. 32. col. 7. Soc. in cons. 54. col. 1. vol. 3. & ita loquitur Alex. in cons. 65. in fi. uol. 1. & in cons. 41. in fi. uol. 2. Brun. in tract. de indit. col. 2. Ias. in repe. l. admonendi, col. 96. de iureiur.

28 Amplia, nã idẽ est quñ agitur ad effectũ inquirẽdi vel suspendendi. Fel. in c. veniens, col. 5. de testi.

29 Tertiò Sublimita, si vltra duas semipleoas, alia inditia vel coniecturæ concurrerent. Bal. in l. si quis ex argentariis, §. 1. ff. de eden. Aret. in c. veniens, el 1. col. 7. de testi. & Fel. colum. 5. Aret. consi. 13. col. 5. Caccialup. in l. admonendi, nu. 153. Grat. in consi. 58. in fi. uol. 2.

30 Qvartò Sublimita, quando sumus in his, quæ sunt difficilis probationis, Alex. in cons. 24. col. fi. in prin. vol. 2. Aim. in cõs. 75. col. 5. & in cõs. 178. co. 1.

31 Qvintò Sublimita, quia etiam in criminalibus plures imperfectæ probationes coniunguntur ad faciendum inditium, vt per Brun. in tract. de indi. col. 2. ver. probatur etiam.

32 Sextò Sublimita: nam etiã in criminalibus plura inditia sufficiunt ad condemnationem quando quodlibet illorum in sua specie est perfectum, ꝑm Bal. in l. si quis ex argentariis, §. 1. nu. 4. ff. de eden. sequitur Bertr. in cons. 137. in fi. uol. 2. in nouis, vbi dicit * communem opi. Gramm. decis. 11.

33 Secvndò Limita principaliter, ut ita demum imperfectæ probationes coniungantur, quñ quælibet species de per se, licèt sit imperfecta ad plenam probationem, est tamen perfecta in sua specie. Bal. in d. l. si quis ex argentariis, §. 1. ff. de eden. sequitur Alex. cons. 18. col. fi. uol. 4. & in cons. 13. col. fi. uol. 1. & cons. 150. col. fi. uol. 5. & cõs. 180. col. 2. uol. 2. & in cons. 10. col. fi. uol. 4. Abb. in c. cũ causam, col. fi. uer. idẽ uidetur, de proba. Ias. in repe. l. admonendi, col. 96. vers. istam conclusionem notabiliter, & in lect. l. admonendi, col. 23. ver. limita doctrinã Bart. ff. de iureiu. Fel. in d. c. cum causam, col. pen. ver. limita istã secundam. Cæpol. in cons. crimi. 32. col. 7. Hippo. in l. vnius, §. testes, col. 2. ff. de quæst. & in cons. 20. nu. 50. & in l. de minore, §. plurimũ, col. 27. ff. de quæst. & in l. unius, §. testes, col. 2. ff. eod. & in singu. 585. & Lanfran. in d. l. admonendi, nu. 29. Zas. in consi. 3. uol. 2. circa fi. Paris. in cons. 113. col. 5. uol. 1. & in cõsi. 15. col. 4. vol. 2. & in consi. 27. col. fi. uol. 2. & consi. 35. col. fi. uol. 3. & consi. 79. col. 2. uol. 3. & consi. 55. col. fi. uol. 4. & cons. 59. col. fi. uol. 4. & cõs. 152. col. 5. & cons. 153. col. pen. uol. 4. Cassa. in cons. 13. col. 3. Gramm. in cons. 3. col. fi. cons. 59. col. fi.

¶ Contrarium tenet Grat. in cons. 104. col. fina.

34 Sublimita, nisi sumus in re difficilis probationis, quia in ija non requiritur q probationes sint in genere suo perfectæ. Ant. de But. in c. veniens, el 1. col. fi. de test. Rom. in cons. 7. col. 2, in prin.

Primò igitur infertur: vt in his quæ probantur p cõiecturas admittant tales probationes ẽt imperfectę in suo genere. Rom. in cõs. 54. in fi. Aret. in cõs. 65. col. 2, in fi. Alex. in cons. 24. col. fi. in prin. vol. 2.

35 Secundò infertur, vt in antiquis plures imperfectæ probationes in suo genere coniungantur, vt not. Cast. in cons. 54. nu. 18. & nu. 26.

36 Tertiò principaliter limita, quia non coniungũtur imperfectæ probationes resultantes ex testib. singularib. Bal. in rubr. de contro. inuest. col. 1. Anto. de But. in c. veniens, col. fi. vbi etiam Imo. in fi. de testib. Ant. de But. in c. licet ex quadam, col. 2. eod. tit. Abb. in c. cum causam, col. fi. de probat. Alex. in cons. 20. col. 1. vol. 4. & in cõs. 10. col. 1. vol. 4. & in cons. 128. col. 2. ver. & si dicti duo testes, vol. 2. & cons. 18. col. fi. vol. 4. Hip. in Rubr. de prob. col. 63. Caccialup. in d. l. admonendi, nu. 155. & seq. & ibi Curt. sen. num. 390. Cassa. in cons. 13. col. 3. Et facit quod infra dicemus in conclus. 2. de test. vbi non recipitur probatio resultans ex testubus singularibus. Infertur igitur ex præmissis, vt non coniungantur probationes diuersorum actuum, vt per Roma. consi. 91. col. fi. & in d. l. admonendi, nu. 95.

37 Declara, quia hoc dictum intelligi dẽt, vel quãdo testes sunt singulares, vt declarat Ias. in repe. d. l. admonendi, col. 97. & per Caccial. in l. admonendi, nu. 152. ff. de iureiur. vel qñ sunt probationes diuersorum actuum non coniungibilium ad faciendam plenam probationem: ita Bal. in l. 1. C. qui numero tutelæ, Abb. in cõs. 16. in fi. vol. 1. Lofre. in cons. 8. col. 3. Caccial. in l. admonẽdi, nu. 158. Alex. cons. 20. col. 2. vol. 4. ¶Contrarium, vt etiã diuersorum actuum probationes iungantur, probatur, quia coniungũtur probationes plurium confessionum diuersis locis factarum, vt supra diximus, vbi uide.

38 Quartò Limita in probatione matrimonii, in qua non fit coniunctio plurium imperfectarum probationum. ita Alex. in cons. 143. vol. 2. Dec. in consi. 313. col. 1. in fi. & in cons. 310. col. 1. & in c. cũ cãm, col. fi. de prob. ver. secundo limitatur. Zas. in cons. 3. in vlt. char. vol. 2. Hipp. in l. de minore, §. plurimum, col. 12. ff. de quæst. Grat. in cõs. 38. col. 4. vol. 2. Ioã. de Sylu. in trac. de iur. iur. in vlt. q. tertiæ partis, nu. 3. Gramma. in cons. 26. col. fi.

¶Contrarium tenet Cepo. in consi. ciui. 3. col. pe. uer. 3. principaliter. Decis. Cap. Thol. 172. el 2. & ibi apostil. Grat. in consi. 43. col. 2. uol. 2. vbi q sufficiant etiam contra matrimonium, sed saluari potest, vt infra declaratur.

39 Primò aũt pro prima cõi opin. facit, & erit 5. limitatio, nã in omni cã ciuili ardua cessat ista coniunctio, vt no. Bal. in c. veniens, el 1. col. 1. in fi. de test. & in l. fi. col. fi. vers. quædam est probatio, C. de proba. Caccial. in l. admonendi, nu. 153. ff. de iureiur.

40 Amplia, vt in omnibus casibus, in quibus non defertur iurm in supplementũ, non fiat ista coniunctio, vt per Dec. in c. veniens, el 1. nu. 15. de test. & in c. 1. col. fi. de appel. Ergo nec fieri debet in causa matrimoniali, in qua iurm in supplementum non defertur vt est cõmunis* opi. de qua testatur Dec. in cõs. 133. col. 1. uer. sed tamen his non obstantibus.

Declara, quia ẽt in causis arduis & in causis matrimonialibus qñ est plusquam semiplenẽ probatũ, defertur iurm in supplemẽtum, vt no. glo. fi. per illum tex. in c. fi. de iureiur. & ita ẽt per illum tex. tenet Sal. in d. l. admonendi, col. pen. & ibi Rom. col. 29. & ibi etiam Alex. ff. de iureiu. Bal. in l. in bonæfidei, col. fi. ver. hic dubitatur, & ibi Salyc. col. 17. C. de reb. cred. Pau. de Cast. & Imo. in l. 3. in prin. col. fi. ff. de iureiur. idem voluit Fulg. in cons. 20. Alex. in consi. 122. col. pen. ver. & licet, vol. 2. & in causa matrimoniali loquitur Abb. in c. mulieri, col. 3. de iureiur. & sequitur Ias. in cons. 129. col. pe. ver. 4. pro eadem parte. vol. 1. Gozad. in cons. 11. nu. 18. Dec. in c. veniens, nu. 15. de testib. & q etiã in hoc casu si sumus in criminalib. sit deferendum iuramentum in supplementum tradit Curt. iun. in d. l. admonendi, nu. 67. versi. postremò no. qui testatur hanc esse communẽ* opi. Boer. decis. 85. & dec. 86. Aym. consi. 73. nu. 26.

41 Secundò facit, nam si in criminalib. propter eorũ grauitatem non debet referri iurm in supplementum, vt est cõis* opi. de qua per Alex. in l. 3. nu. 12. ff. de iureiu. & per Dec. in cons. 37. in fi. Boer. deci. 85. nu. 3. ergo nec in causa matrimoniali, quæ dr̃ grauis cã. Ant. de But. Abb. & alii, in c. si pro debilitate, de offi. deleg. Ias. in l. admonendi, col. 104. & omnes decisiones, quæ loquuntur de causis grauibus exemplificantur etiam in causis matrimonialib. in quibus agitur de statu hominis, vt per Dec. in locis supra alleg. Et ppea non est bona differentia, quam aliqui faciũt an agatur de matrimonio contrahendo tantum, vel agatur de matrimonio iam contracto infringendo, vt primo casu fiat coniunctio, non autem in secũdo: Nam etiã in primo dicitur agi causa grauis, vt supra firmatũ est, & tradit Maria. iun. in cõs. 88. n. 9. uol. 2

42 Et qũn procedat æquiparatio causæ criminalis, & matrimonialis, vide Ruin. in cons. 150. col. 5. & seq. vol. 5. Dec. in cons. 163. col. 3. & seq.

43 Et circa controuersiam est vt nõ fiat coniunctio, quando agitur de primo matrimonio infringendo: Alex. in consi. 143. col. 1. vol. 2. Dec. in c. veniens, el 1. nu. 15. de testib. Hipp. in l. de minore, §. plurimum, col. 12. de quæstio. & sing. 437.

44 Declara tamen, quia etiam in hoc casu quãdo agitur de probando matrimonio contra aliud matrimonium sufficit si vltra duas semiplenas diuersi generis concurrent coniecturæ vel præsumptiones: ita Aret. in consi. 13. col. 5. prout etiam dictũ est supra de causis criminalibus, nu. 29.

45 Sextò Limita, quando probationes imperfectæ tendunt ad diuersa, quia tunc non possunt adinuicẽ coniungi: Abb. in c. cum causam, col. fi. ver. in secundo casu, de prob. & in consi. 16. col. fi. uer. & per hoc infero, uol. 1.

46 Infertur igitur, vt probationes diuersorum factorũ adinuicẽ non cõiungantur: Bal. in auth. rogati, in fi. C. de test. & in l. 1. C. qui numero tutelæ: Anto. de But. in c. ueniens, el 1. in fi. de test. Roma. in cons. 91. Dyn. & Ray. in l. 2. ff. de excus. tut. Soc. in c. fi. de iureiur. Caccial. in l. admonendi, nu. 158. & ibi Cato Saccus, nu. 127. & nu. 240. & Rom. ibi nu. 95.

¶Contrariam autem partem tenuit Bal. in l. spadonem, §. qui intra, ff. de excus. tut. Anch. in consi. 276. col. 1. Alex. in cons. 20. col. 1. & seq. uol. 4. Dec. in d. c. cum causam, col. fi. & sentit Bart. in l. admonendi, col. antep. ver. his præmissis: Io. Petrutii, quem refert Caccialup. in repet. d. l. admonendi, num. 152. & ibi Lanfran. de Oriano, nu. 29. Alber. in l. instrumenta, C. de prob. Ant. de Butr. in c. fi. col. 5. uersi. quid si recepti sunt, de iureiur. Salic. in l. in bonæ fidei, col. 9. uersic. uisisque semiplenẽ, C. si certum peta. Roma. consi. 7. Soc. in cons. 89. colum. 7. uersic. sed reperio,

vol. 1.

vol. 1. Aym.in conſ.73.nu.20. Calca.in conſ. 8.nu. 23. Alex.io conſ.53.col.fi.ver.præterea,vol.1.Ant. de But.in c.veniens,el 1. col. fi. de teſt. qui loquitur in materia de ſui natura non facile probabili. Abb.in c.cum cauſam,col.fi. de probat. ver. ſed circa hoc. Caſſa.in conſi.16.nu.14.

47 Et iſta pars eſt verior,nã ut ſupra vidimus excepta cauſa mutui,vnus teſtis de viſu actus coniungitur cũ duobus teſtibus probãtibus confeſsionem partis,& propterea puto concluſionẽ Rom.in l. admonendi, nu.95.& Caccialup.ibidem,nu.158.dum dicũt duas ſemiplenas probationes diuerſi generis tendentes ad diuerſa facta ſeu diuerſos actus probandos non coniungi, non eſſe verã, niſi ſaluando dicamus eam intelligi debere,quando facta ita ſunt ſeparata,vt inuicem nullam habeant communionem, non autem quando vnum alteri eſt coniunctum,prout eſt actus ipſe,& confeſsio partis ſuper eodem actu,& hoc ſentit Iaſ.in repe.l.admonendi,col. 98. ver. 2.limita. & ſentit idem Lofre.in conſ.8.nu.11.

48 Septimò Limita,quia duæ ſemiplenæ vnius ſemiplenæ non coniunguntur ad faciendam vnam ſemiplenam probationem,ita dicit Caccialup.in repet.l. admonendi,no.160. Brun. in tract. de indit. col.2. ver.alius dicit.

49 Octavò Limita,nam fit coniunctio plurium imperfectarum probationum, quando lex attendit numerum,ſecus eſt ſi lex non attenderet numerum,ſed aliam cauſam. Bal. in l. patre furioſo,in 2. not. ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.

50 Nono Limita, quando agitur de probando quid indiuiduum, quia tunc non coniunguntur plures imperfectæ probationes. Alber.in l.inſtrã, C.de probat.Bal.in l.cum antiquitas,col.1.ver. 2.quæro, C. de teſta.& in l.2.col.fi.uer.ſed pone, C.quorum appellationes.Rom.in conſi.91.in fi.Ant. de But.in c. licet ex quadam,in fi.de teſti.

51 Primò infertur ex hac limitatione,nam cum teſtm̃ ſit quid indiuiduũ,vt per gl.Bart.& cõiter alios,in l. furioſum,C.qui teſta.fac.poſſ. non poterit vna pars teſtamenti per aliquos teſtes probari, & reliqua per alios,ita Bald. in d. l.cũ antiquitas, in loco proximè allegato,vbi etiam Paul. de Caſtr. in ver. item not. Alex.in conſ.177.col.3.ver.2.principali fundamento,col.2.Corn.in conſ.238.col.2.in prin.vol.4.Iaſ. in conſ.42.col.2.in fi.vol.1.Ale.in l. cũ antiquitas, in fi.& ibi Iaſ.col.2.& ſeq.& ibi Corn.in vlt.no.vbi etiam Rim.col.1.in fi.ver.itẽ no.C.de teſt. Rom.in conſ.91.col.fi.Brun.in tract.de ſor. fol.38. col.2. Fel.in c.licet ex quadam,col.3.ver.& adde Bald.de teſti.Trigon.ſingu.69.Bertr.in conſ.198.col.1. & ſeq.vol.1.Pariſ.in conſ.156.col.2.vol.4.

52 Limita hanc concluſionem,niſi teſtes deponerent, ſe interfuiſſe toto teſtõ, ſed non recordari niſi de contentis in ſua depoſitione, quia tunc probarent ſuper eo, ſuper quo præciſè & certè deponunt. Corn & Alex.in d.l.cum antiquitas, & idem Corn. in conſ.238.col.2.in prin.vol.4.Iaſ.in conſ.42.col. 2.uol.1.& in conſ.61.col.3.uol.1. Bertr. conſ.171.

53 col.2.vol.2. Trig. ſing. 69. Quod maximè verum eſt ſi in eo,ſuper quo non præciſè deponunt, ſe referant.Iaſ.in conſi.61.nu.3.vol.1.

54 Secundò infertur ex limitatione prædicta, nam ſtãte ſtatuto quòd veniens de tali loco ad talem locũ puniatur tali pœna, non ſufficit ſi aliqui teſtes probent vidiſſe vnum euntem vſq; ad dimidiam partem viæ,alii autem teſtes dicant vidiſſe illum euntem ad reliquam partem viæ. Ita voluit Bald. in l.obſeruare. col.2.ver.ſed pone,dicit ſtatutum,C.quorum appellationes.Rom.in conſ.91.col.fi. Iaſ. in repet. l. admonendi,col.98.uer.3.faciunt prædicta, ff.de iureiur.& ibi Rom.nu.95.Iaſ.in l.cum antiquitas,col.2. ver.ego confirmo,C.de teſta.

¶ Contrarium ſentit Aret. in c. præterea, col. pen. ver. & ideo dicit Bald. de teſti.& in c. licèt ex quadam,col.fi.eod.tit.Iaſ.in l.cum antiquitas,col.2.ver. in contrarium,C.de teſta.

55 Hinc eſt, ut ex ſupra dictis dubium non modicum inſurgat,an teſtes, quorum aliqui dicant Titiũ poſſediſſe primis quinq; annis, alii verò deponant Titium poſſediſſe ſubſequentibus quinq; annis,videãtur ſufficienter probare Titium per decem annos poſſediſſe,& per conſequens præſcripſiſſe. Et quidẽ Bald.in l.teſtium,col.5.uer.circa primas interrogationes, C.de teſti. tenet eos in hoc caſu ſufficienter probare,& idem Aret.in d.c.licèt ex quadam,col.fi. de teſti.Iaſ.in l.cum antiquitas,col.2.ver.in contrarium tamen,C.de teſta.Sal.in l.teſtium,in 2.q.C.de teſti.Iaſ.in l.admonendi,col. 99.uer.4.prædicta faciunt.Tigron. ſing. 66. Rebuf. in tract. nominatio. fol.62.col.1.

56 ¶ Contrarium ſentit Bald. in l.2.in vlt.col.uer. ſed pone,C.quorum appellatio. vbi tenet vt ad probandã præſcriptionem ſeruitutis viæ non ſufficiat ſi aliqui teſtes deponant vidiſſe aliquem euntẽ legitimo tpe vſq; ad certũ locũ, & alii deponant uidiſſe euntem ab illo loco per totam reliquam viam,quod dictum refert & ſequitur Iaſ. in repet. l. admonendi, col.98.ver.3. faciunt prædicta, & in l. cum antiquitas,col.2.ver.ego confirmo,C. de teſta.

57 Primò Amplia primam opinionem, nam quando per aliquam diſpoſitionem requiritur, ut quis per quinquennium ſtuduerit,ſufficit aliquos teſtes probare de ſtudio duorum annorum, alios verò de ſtudio reliquorum trium.Rebuf.in tract. nominatio. in 11.q.prin.uer.4.quæro.

58 Secundò Amplia,vt parentela probetur per teſtes, quorũ aliqui dicant Titiũ eſſe filium Petri,& alii Ioãnam eſſe filiã Petri,nã coniunctis his teſtibus, fit plena probatio,ꝙ Titius & Ioanna ſunt fratres.Gl.in c. licèt ex quadã,in verbo, gradus, & ibi Ant. de But. col.fi.declarando vt ibi per eũ,& Cardinalis ibi in fi. Abb.ibi col.pen.& Are.col.pe.& ſeq.de teſti.Et ita uoluit Inn.in c.series,de teſti.Bal.in l.teſtium,col.5. ver.circa primas interrogationes,C. de teſti. & in l. 2.col.fi. C. quorũ appel.Iaſ.in repet. l. admonendi, col.99.uer.4.prædicta faciunt, & in l. cum antiquitas,col.2.uerſ.ego confirmo,C. de teſta.

¶ Contrarium uoluit Hoſt.in d.c. licèt ex quadam, col.pen.uer.ſed ſi quidam teſtes,& gl.in verbo poſtmodum,in c.de parentela,el 2.3.5.q.6.

Concorda ex mente Ioan.And.in d.c.licèt ex quadam,in fi.nam aut probatio coniunctionis fit per veram ſcientiam,& tunc procedit prima opinio,aut fit

59 per teſtes de auditu, & tunc procedit ſecunda opinio.Hoſt.cum qua diſtinctione tranſit Anch. ibi, in fi.& ibi Imo.in fi. Guido Papa. ibi, in fi. & Henri. Bohic.in dicto loco.

60 Tertiò Amplia, nam ſi quis vellet probare inceſtum, ſufficeret per duos teſtes probare conſanguinitatem, & per alios teſtes probare coniunctionem carnalem,ut tradit Bal.in l.Gallus,§.ille caſus,col.2. ver.3.noto,& ibi Imol.col.2.uer.item noto,quod licitum eſt,ff.de lib.& poſth.Iaſ.in repet.l.admonendi,col.98,uer.2.faciunt.

61 Decimò limita, nam ut iungantur imperfectæ

probationes, est necesse vt qnælibet probatio, quæ iungi debeat, sit saltem semipleoa probatio. Bald.in l.spadonē,§.qui iura,ff.de excusa.tut. Anch.cōs.276. col.1.& seq. Aret.cons.65.col.2.versicu.2.ꝑ quartus testis. Ant. de But.in c.fi.col.5.ver.quod si recepti sunt,de iureiur.Sal.in l.in bonæ fidei,col.9. ver. vilisque semiplenam,C.si cert.pet.Pau.de Cast.in cō si.92.in fi.ver.in easu verò nostro,vol.2.Alex.cons. 20.col.1.& ver.finaliter,vol.4.

62 Contrarium vt nedum coniunguntur semiplenæ probationes,sed etiam plures præsumptiooes, tenet gl.iunct.textu in l.instrumenta, C.de prob.& in l.2. in §.1.in verbo legiti mis,ff.de excus.tut.gl.in c.accedens,el 2.in verbo oriundis,vt lit.non contest. & in c.cum causam,in gl.2.de proba.Ang.in l.non est verisimile,circa fi.ff.quod metus cau.Barb.in c. fi. col. 8.ver.& subtilius etiam,de succe.ab intest.& in Rubrica,de proba.col.4.vers. quod probatur, & col.9. versi.& dixi.in d.c.Bal.in l.si quis ex argentariis, in §.1.in 4.nota. ff.de eden. & in Rubriea, de proba.in prin.& in l.ea quidem,col.2.ver.argumentum, C.de accus.& in cons.3.in fi. vol.3.Roma.io cons.7.col. 1.& in consi.54.in fi.Soc.in cons.89.col. 6. & vlti. versi.nam simul qnodque,vol.1. Dec.in cons.146. col.6.vers.6.& vlt.Calc.in cons.76.col.1.& seq.Io. de Ana.iu consi.49.col.1.ver.ex quibus potest dici. Aym.in cons.35.nu.6.& in consi.73.nu.20.& consil.158.num.11.

¶Tenēdo hanc vltimam opi.tanquam communē.

63 Primò Amplia, nam facilius coniungūtur plures præsumptiones,quam coniungantur plures probationes ad plenam probationem faciendam: prout alii qui tenebant,quos Cald.refert.Ant.de Butr.in c.veniens,el 1.col.fi.de testib.

64 Secundò amplia,vt ēt vnus testis iungatur cū præsumptione ad faciendam plenam fidem.Archid.in c. oues,col.1.ver.in eadem gl. ibi præsumptionem, 6. q.1.gl.in c.fi.io verbo testes,de succe.ab intest. Bar. in l.1.§.idem Cornelio,ff.de quæstio.Bal. io consil. 136.circa fi. ver.persuadentes igitur,vol.2.& cons. 3.in fi.vol.3.Abb.in c.cum causam,col.fi.ver.sed circa hoc,de prob. Aym.consi.35.num.6.

65 Tertio Amplia, quia ēt fama coniungitur cū aliis præsumpt.gl.fi.in c.cum in Diœcesi.de vsuris.

66 Quartò Amplia,vt etiam scripturæ duorum mercatorum super eodem facto plenè probant.Bal.in c. quoniam contra,col.4.de prob.Aym.de antiq.temporum,in 1.par nu.279.

67 Quintò Amplia,quia liber defuncti,qui erat bonæ opinionis,& famæ cum aliis præsumptionib. plenè probat Bar.in l.admonendi,nu.26.& ibi Ias.post alios,nu.128.ff.de iur.iur. Spe.in tit.de instr. edi.§. nunc dicendum,ver.regulariter.Pau.de Cast.in l.rationes,C.de fid.instr. Abb. Ant.de Butr.Fel.& alii,io c.2.de fid.instr.Boer.decis.105.nu.5.& seq. Paris. in cons.7.num.15.& seq.vol.4.

68 Sextò Amplia,nam ēt in criminalib. plures ꝑsumptiones qn̄ sunt violentæ plenā probationē inducūt, vt tenet Bal.in cōs.264.col.2.vol.3.Abb.in cōs.113. col.2.vol.2.Cald.in cons.22. in tit.de const. Bald.& Roma.in l.excipiunt,ff.ad Syll.Bal.in l.milites, ff.de quæst. Fel.post Abb.Anch.& cōiter alios, in c.afferte,nu.10.de præsumpt.Bellam.decis. 689. Calca.in cons.61.col.3.Brun.in trac.de indit.& tortu.in 4.q. prin Grat.in consi.136.nu.22.qui dicit cōem * opi. vol.1.idem tenet Aymo.in cons.6.nu.42.& in consi.73.nu.19.Gram.decis.42.nu.4.Mill.in prac.crim. fol.69.aliàs in tit.de indit.in fi.

69 Contrariam opi.quod in causis crimioalib.ex violentis præsumptionib. quis condemnari non possit, tenet Oldr.in cous.192. Pau. de Cast. in cons. 197. col.fi.uol.1.Ang.in l.2.C.de furt.Gand. in tract. de malefi.io tit.de præsumpt.& indit.indubit.in 1.q.vbi dicit oēs Doc.ita tenere.Alex.io cōs. 116.in fi.uol.3. Cæpol.in cōs.crim.6.col.2.Ias.ī cōs.188.col.2.uol. 2.& in cōs.167.col.3.uol.4.& hāc dicit cōem * opi. Dec.in cons.175.col.fi.Hipp.in Rubr.de prob. num. 237.& in l.repeti.col.7.ubi hanc dicit veriorē, ff. de quæst.Cæpol.in consi.32.col.fi.in criminalibus.

¶Contrarium sentit Bar.in l.ex facto,§.siquis rogatus,et ibi Imol.col.3.et seq.ff.ad Trebell. et idem sentit Bar.in cons.120.incip.Venantius Corraducii.

130 Septimò Amplia, vt non modo valeat stipulatio alteri facta sup re stipulantis, sed ẽt si res non sit sua, sed sibi debita,ita tenet Bar.in l.stipulatio ista, §. alteri, col.1.ff.de verb.obl.quasi tũc videatur illi solui, uel res tradi nomine illius,vt ibi per eum, & in l.1.in fi.prin. ff.de

ff.de pact.Ruin.in conf.120.col.fi.vol.1.

¶Contrarium autem voluit Iaf.in d.l.stipulatio ista, §.alteri,col.4.& seq.

131 Primò Sublimita,vt per Bar.in d.§.si stipuler, istã principalem limitationẽ, qñ stipulatio interponeretur sup re,quæ duraret mea,secus si in alium transiret,ita ibi tenet per tex.in l.1.C.per quas perf.& in l. pactũ, C.de pact.conuent.& ibi Ang.& idẽ voluit Bar.in d.l. ꝙ procurator ex re.Pao.de Cast.in l.1.col.2. circa fi. C.per quas perf.Sal.in l.si cum venderet,ff.de pig.act. istã dicit * communem Rui.in conf.144.col.3.vol.1.

¶Contrarium tenet Pau.de Cast.in l.ꝙ procurator ex re,ff.de procu. ꝙ valeat stipulatio & acquirať actio mihi,ẽt ꝙ res super qua interposita est stipulatio, non duret mea. Idem Pau.de Cast.in l.pen. C.ad exhib.per tex.in l.si cũ venderet,ff.de pig.act.& ibi not.Bar.Bal. & Pau.de Cast.& idẽ Alex.in d.§.si stipuler, col.1. & Imo.col.pe.& Pau.in l.Publia,ff.depof.in prin. & voluit Bar.in l.si mercedem, §.si habitatorib.ff. de actio. emp.Dec.in l.certi cõdictio,§.quoniam, in fi.ff.si cer. per.vbi dicit * communem opin.& concordat.

132 Declara,vt oĩa supradicta in pręcedenti limitatione procedant,vbi non dñs dño stipulatur:sed vbi dñs nõ dño stipulatur super re sua,tunc dicendũ est cõem opinionẽ Bar.in d.§.si stipuler, superius firmatam in hoc caso nõ procedere,nisi res duret sua,& tunc valeat stipulatio & acquirať actio ex stipulatione, per tex.in l. Publia,in prin.ff.depof.& ibi not.gl.& Bar.& Bald. & Sal.& Pau.de Cast.Bar.in l.pactũ,C.de pact.conuent. & ibi Ang.idẽ tenet Imo.in §.si stipuler, col.fi.Pau.de Cast.in §.alteri,col.fi. Alex.in d.§. si stipuler,col.pe.vbi dicit istã * cõem,& idẽ tenet Bal.in l.1.C.per quas perso.col.3.Pau.de Cast.in l.pen.C.ad exhib.& in l.si cõ venderet,in fi.ff.de pig.act.Bar.in conf.71.Dec.saluat istã opin.ab impugnationib.in l.certi condictio,§.qñ, col.fi.ff.si cer.pet.& istam opi.dicit veram, & communem Aret.in c.in præsentia,col.9. de probat.

¶Contrarium voluit Bal.in l.cũ patrẽ,col.1.in fi.& seq.de iur.dot. Rom.in d.§.si stipuler, circa fi.Iaf.col. pen.& seq.qui volunt ꝙ ẽt in re sua, & quæ durat sua, non possit dñs alteri stipulari, & respondent ad tex.in l.Publia, ꝙ ibi sit speciale in deposito propter exuberãtiam fidei,quæ exigitur in deposito. Idem tenet Iaf.in l.certi condictio,§.quoniam,col.1.ff.si cert.pet.

Tenendo aũt illã opin. ꝙ stipulatio interposita per dominum super re sua,quæ non durat sua,non valeat.

133 Primò Limita,fauor exercentis liberalitatem, per tex.in l.quoties, C.de dona.quæ sub modo, vt dictum est in 10.limitatione.

134 Secundò Limita in mutuo propter singularia pręcepta muni,per tex.in l.certi condictio,§.si nummos, ff.si cert.pet.Bar.in d.§.si stipuler,col.fi.& in §.si nummos,col.1.in 1.oppof.& in l.singularia,in 3.col.in 4. speciali,ff.si cert.pet.& ibi Bal.col.fi.in conf. speciali. Imol.in l.si ita stipulatus,§. Chrysogonus, col.1.ff.de ver.obl.Bald.Sal.& Paul.de Cast.in l.publia,ff.depof. Bar.in l.si cum venderet,ff.de pign.act.gl.1.circa fi. in l.certi condictio,§.si nummos,gl.in l.2.in gl.fi.in fin. C.per quas person.Dec.col.1.in §.si nummos.

135 Sed ista limitatio non est bona,nam aut volumus dicere ꝙ sit speciale in mutuo,ꝙ alteri per alterum actio quæratur, & hoc non est magis speciale in mutuo, ꝗ in aliis contractibus,qui re perficiuntur,in quibus alteri per alterũ actio acquiritur.Bal.in l.quoties, C.de don.quæ sub modo.Raphael,& Pau.de Cast.in l.certi condictio,§.si nummos,ff.si cert.pet.in fin.& ibi Bal. col.1.& col.3.Pau. de Cast.in §. Chrysogonus, in 2. col.Alex.in §.si stipuler,col.fi.Alex.in d.§. si nũmos, col.1.& ibi Iaf.col.1.post Alber.

136 Aut etiam volumus dicere,ꝙ sit speciale in mutuo, vt ex stipulatione alteri quæratur actio, & hoc est falsum,quia non datur actio ex stipulatione,sed ex numeratione.d.l.certi condictio,§.qñ,ponit Bal.in §.si nũmos,col.3.Raph.& Imo.col.fi.Alex. col.fi.in §.si stipuler,Bar.in d.§.qñ, col.2. vbi loquens in contractu mutui præsupponit iuxta text.dispositionem,inualiditatem stipulationis,quæ est alteri facta,quæ solutio ibi per * omnes approbatur,vt ibi per Iaf.col.1.

137 Secundò Principaliter sublimita, nã ita demũ ex stipulatione facta sup re mea sine occasione quęriť mihi actio,qñ qs stipulatur vel circa rẽ ipsam,vel ex re ipsa, secus aũt si occasione ipsius rei quid fuerit stipulatus, quia tunc licet res sit mea,tunc mihi actio non quęriť. ita Bar.in d.§.si stipuler,col.fi.& in l.ꝙ procurator ex re,ff.de procu.& in l.solutã,§.per liberã,ff.de pign.actio.& Iaf.in d.§.si stipuler,col.pen.per l.primam,C. per quas person.nob.acq.exemplificando in pacto legis cõmissoriæ,& sic sentit Bar.quod ex pacto l.commissoriæ nõ quærať actio dño,vt per Bar.in d.§.si stipuler.Bar.Pau.de Cast.Ang.& Sal.in l.1. C. per quas person.nob.acquir.in summario,Iaf.in d.§. si stipuler, col.pen.vbi declarat.

138 Declara, hanc sublimitationem non hře locum in pacto adiectionis in diem,nam ex tali pacto quæritur actio domino,vt dicit Bar.in d.§.si stipuler, quem sequitur ibi Imo.col.pen.& Alex.col.3.et seq.

¶Contrarium,quod non quæratur actio domino, etiam in pacto adiectionis in diem, prout in pacto legis commissoriæ, voluit gl.in l.1. C. per quas person. quam ibi etiam sequuntur Bar.Bal.& Sal.& idem tenet Rom. in d.§. si stipuler.

139 XXVIII.Limita in seruo,q ex stipulatione dño suo actionẽ acquirit,l.quodcunq;, in princ.ff.de verb.obl. l.si seruus cõis,ff.de dam.infect.§.post mortem,inst.de inutil.stip.Iaf.in l.quodcunque,ff.de verb. obl.

140 Primò Amplia,vt ẽt inuito dño actionẽ ex stipulatione acquirat,l.seruus vetante,ff.de ver.obl.l.ẽt inuitis,ff.de acq.rer.dom.l. quemadmodum, ff.de iur.dot.

141 Secundò Amplia,etiam si sit in fuga ipse seruus, l.1.§.per seruum,ff.de acq.possess.not.Abb.in proœm. Decretal.col.6.

142 XXIX.Limita in monacho, qui Abbati,& suo monasterio acquirit ex stipulatione, gl.in c.1. de infirm. & lang.tex.in c.Abbates,et ibi gl.18.q.2. tex. est in c. quanto,de offic.ord.ponit Abb.in proœm.Decret.col. 6.Abb.in d.c.quanto, in 2.not. de offic.ord. Inn.in c. cum olim,el 2.de priuileg. in 2.col.in princ.Bar. in l. 1.ff.de stipul.seruor.

143 Primò Amplia,etiam si sit fugitiuus.Inn.in d.c.cũ olim. Abb. in d.c.quanto.Ant.de But.in proœm. Decretal.col.pen.aliàs 10.

144 Secundò, Amplia,etiam si impersonaliter stipuletur.Inn.in d.c.cum olim,& Abb.in d.c.quanto.

145 XXX.Limita in Papa, qui potest stipulari pro omnibus ecclesiis. Ant. de Butr. colum. 10. & Abb.in d. proœm.Decret.col.6.post gl.in verbo,seruus.

146 XXXI. Limita in Imperatore, & Rege,qui possunt stipulari respectiuè ad vtilitatẽ Imperii, & regni. Ant. et Abb.in d.proœm.Decret.et in locis supra allegatis.

147 XXXII. Limita, vt amicus amico stipulari possit. Cassa.in cõsuet.fol.149.col.4. vide supra in 7. amplian.

148 XXXIII. Limita in stipulatione fideiussoris, vt per Fel.in c.si cautio,col.9.de fid.instr.

149 XXXIIII.Limita,quia potest stipulari omnis cuius interest.Paris.in conf.12.col.3.vol.2.

159 XXXV. Limita quia valet stipulatio alteri facta in

instru-

instrumẽto guarentigiato. Grat. in cõs. 12. col. 2. uol. 1.
151 XXXVI. Limita, quia vnus de familia potest stipulari, vt res maiorum dentur alteri de familia. Tiraq. de de retrac. in præfatione, nu. 35. & seq.

CONCLVSIO II.

ARGVMENTVM.

Qui stipulatur pro nominando, non facta nominatione sibi censetur stipulatus.

1 COMMVNIS * est hæc cõclusio, q qui stipulatur,
* vel recipit pro nominãdo nõ facta declaratione, & nominatione, sibi stipulatus, & sibi recepisse censẽt, tex. est in l. fin. C. de contrahẽ. & committ. stipul. Ponit Bal. in l. 1. in princ. circa fi. ver. vltimò quęro, ff. de pac. & in l. cũ post. in §. gener. in lect. antiqua, ff. de iur. dot. & ponit Sal. in summario, d. l. fin, & Ang. in d. l. fin, idẽ dicit Ias. post Alex. in l. ita stipulatus, nu. 6. ff. de verb. obl. Alex. in l. si testm̃, in fi. C. de inst. & subst. in l. stipulatio ista, in §. si quis ita, in 1. not. ff. de verb. obl. & ibi Ias. in 2. not. Soc. in l. verũ, §. cũ quidam, col. pen. ver. ex quib. infertur, ff. de rebus dub. Dec. in cons. 543. col. 1.
2 Hinc est, vt libellus impersonaliter formatus nõ vitietur, quia qui illum porrigit, semper intelligitur de se ipso loqui, vt voluit Cyn. in l. si quis, C. de const. pecun. idem dicit Marian. Soc. in c. significantibus, in 3. q. de libell. oblatio. declarando vt ibi per eum.
3 PRIMÒ Declara, vt non facta declaratione pro rata temporis, censeatur esse quæsitum illi, qui emerat pro declarando, post declarationem verò censeatur esse quæsitum illi, in cuius fauorem fuit facta nominatio. ita declarat Alex. in cons. 332. col. 1. vol. 6.
¶ Contrarium colligitur ex not. per Per. de Anch. in cons. 127. col. 1. & seq. & per Dec. in cõs. 543. col.
4 1. qui videntur tenere q a principio censeatur quæsitum nominato, cum nominatio, & ratificatio postea subsequuta retrotrahatur ad tempus stipulationis.
5 SECVNDÒ Declara, nã ad hoc vt quæratur ex nominatione, requirit vt quis sit p̃sens nominationi. Ancha. in cõs. 127. col. pe. ver. nõ obstat quod ratihabitio.

De solutionibus & liberationibus.

CONCLVSIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

Monetæ valor si decresat ob deteriorationem materiæ, vel formæ, quomodo solui debeat.

1 SI valor monetæ decrescat pp deteriorationẽ materiæ, vel formæ, attendi dẽt valor tempore promissionis, non tẽpore solutionis, & propterea vel eamet, si reperiatur, præstari debet, vel eius sm̃ æstimationẽ illius tẽporis, vt tradit Host. in c. quanto, col. 2. ver. quid ergo si mercator, de iureiur. & ibi Ioan. And. col. 2. ver. quæret autem Host. & ibi Ant. de But. col. 3. ver. secundus qñ, & Abb. col. 5. ver. venio ad secundum casum, vbi di
* cit ita * cõiter teneri per legistas, & canonistas, Anch. col. 2. vers. 4. quæro, & Imol. col. 4. ver. circa tertium. Bar. in l. Paulus, col. 1. ff. de sol. ver. quæro quid si moneta est mutata, & in l. res in dotem, vbi etiam Iaco. ff. de iur. dot. Bald. in l. acceptam, colu. 6. in 17. q. C. de vsur. & in l. fi. col. 1. vers. item quæro, C. communia de leg. & cons. 213. vol. 5. Iser. in c. 1. nu. 21. ver. contingit autem, quæ sint regal. Alber. in l. 2. col. pen. ver. deinde quæro, C. de iur. emph. & ibi Ias. col. 31. in 36. q. ver. fin, vbi dicit cõem istam opin. Coro. cõs. 287. col. fi. ver. deueniendum modò est, vbi dicit cõiter. ita teneri ẽt per Canonistas, decis. Neap. 90. ver. postea idem Bar. in antiq. Bertr. cons. 168. in prin. & cons. 261. col. pen. ver. ad fin quæsitum, in antiq. vol. 1. Corn. cons. 119. col. 1. in prin. vol. 4. Imol. in clem. 2. col. pen. ver. tu dic. de decim. Io. Ant. Alex. in cons. 148. col. 1. uer. præmissis tñ non obstantibus, & dicit cõem Corn. cõs. 321. col. fin. versicu. restat, vt deueniam. uol. 3. Aymo cons. 47. col. 2. ver. 5. dico. Purpu. in l. cũ quid, nu. 162. & seq. ver. ex præmissis. Bar. ff. si cer. pet. & nu. 170. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. in gl. 18. nu. 27. vers. ex quibus etiam. Bertr. cons. 312. in prin. vol. 1. vbi dicit communem. Io. Ant. Alex. in cons. 17. col. 1. ver. ista est. n. & col. 2. ver. verũ tñ præmissis. Aret. in l. quod te, vers. aliqñ pecunia, ff. si cer. pet. Boucr. in verbo, mixta, de contractibus, in sing. 18. Boer. decis. 327. nu. 11. vers. & sic in dubio, & nu. 13. ver. secundus casus, Rebuff. in l. 2. nu. 3. ver. allegatur lex ista, C. de veter. numis. potest. lib. 11. & Ang. in l. cum quid, circa fi. ver. & idem dicas, ff. si cert. pet. Anch. in clem. fi. col. 3. ver. 2. casu, de deci. Ant. de But. in c. cũ canonicis, in 1. no. de censib. Ant. de But. in c. 2. col. pen. ver. de prædictis omnib. de maled. Corn. cons. 181. nu. 70. ver. restat ut deueniã, vbi dicit istam cõem opi. vol. 2. Parpal. in l. cum quid, nu. 23. ver. secũda conclusio, vbi dicit cõem, Ioã. de Prat. in d. l. quod te, nu. 10. ver. item adde, dum Bart. Curt. in cons. 24. col. fi. uer. præterea si bene volumus, Brun. in trac. de aug. monet. in 1. par. col. 1. in fi. vers. prædicta conclusio. Colleg. Papien. in cõs. inserto post tractatũ Bruni, de aug. monet. col. 1. ver. videbatur igitur. Io. de Plat. in l. 1. col. 1. ver. sed quæro si tempore, C. de veter. numis. potest. li. 11. Summa Ang. in verbo, solutio, in secunda conclusione. Alber. in d. l. cum quid, col. pe. in fi. Curt. in tract. monet. nu. 4. uer. quęrit Bar. Mart. Laud. in tract. monet. nu. 4. ver. quærit Bar. & nu. 15. ver. accedo ad secundum articulum.
2 Et ita intelligendi sunt Doctores, qui dicunt, in cõtractibus attendi tempus celebrati contractus, quo ad valorem monetæ soluendæ. Collect. in c. quanto, vers. in quo casu consueuit quæri, de iureiur. Spec. in tit. de oblig. & solut. in §. nunc aliqua, in finalibus verbis, & ibi Io. And. in addi. Oldr. cõs. 31. ver. & sic vr̃. Collect. in c. Odoardus, col. 2. ver. sed quam pecuniam, de sol. Bal. cons. 496. col. 1. ver. & propterea, uol. 1. Roman. cons. 123. col. 1. ver. 3. idem principaliter, Card. in cle. 2. col. fi. ver. 2. casu, de decimis, decis. Neap. 194. nu. 1. & seq. in antiquis. Calcan. cons. 15. col. 10. ver. & magis
* communis, vbi dicit * communem. Signoro. in cõs. 74. col. pe. ver. mihi autem, Guido Papæ q. 194. Abb. in c. olim, col. 2. ver. item nota quod debitũ, de cẽsib. Abb. in c. cum canonicis, vers. item nota, de censib. & Albe. in l. vxori, §. vxori, colu. fin. ver. 2. quæritur, ff. de leg. 3. Pau. de Cast. in l. fi. in prin. ver. 5. verba vero contrahentium, C. communia de leg.
3 PRIMÒ Amplia, idẽ esse in contractu conditionali, ita Aret. in cons. 11. col. pe. & seq. Io. Ant. cons. 148. col. 2. ver. & propter istam rationem, & Brun. in tract. de aug. monet. in 8. parte.
¶ Contrarium autẽ sentit Alber. in l. 2. col. pe. vers. deinde quæro, C. de iur. emphyteo.
4 SECVNDÒ Amplia, nam si antiqua moneta in totũ sit reprobata, tamen solutio fieri debet in moneta noua ad rationem antiquæ, nec sufficeret in hoc casu offerre.

ferre antiquam reprobatã, prout declarat Ant. de But. in c. quanto, col. 3. ver. 1. qñ moneta, de iureiur. & ibi * Abb. col. 4. ver. 1. casu, vbi dicit * communem, & Imola in l. in ratione, §. diligenter, vers. vltimò inducitur, vbi idem dicit, ff. ad leg. Falcid. Ias. in l. 2. in 36. q. ver. si verò filius, de iure emphy. Aret. in l. quod te, col. 2. ver. quia aliquando, ff. si cer. pet. decis. Neapol. 90. ver. sed in primo casu, nu. 3. in antiquis, Bouer. in verbo mixta, de contractibus, sing. 17. Boer. decis. 327. num. 12. ver. primus casus. Imo. in clem. fin. col. pen. vers. Matthæus, etiam hic, de decim. Fulgo. in l. quod te, col. 2. ver. hic autem moneo, ff. si cer. pet. & ibi Pau. de Castr. col. 2. ver. fallit etiam. Ang. in l. cum quid, circa finem, ver. & idem dicas, ff. si cert. pet. idem tenet Raph. Cuma. in l. Paulus, ff. de solu. Saly. in d. l. cum quid, col. 3. ver. aut tunc non erat. Bal. in l. fi. col. 1. in fin. versi. sed pone iuro, C. de non num. pec. Io. Fab. in l. acceptam, in fi. ver. item quid si debebat, C. de vsur. Parpal. in l. cum quid, col. fi. ver. 3. conclusio, ff. si cert. pet. & idem tenet Soc. in l. quod te, col. 3. ver. 4. limita, vbi dicit communem, ff. si cert. pet. Buttigell. in d. l. quod te, nu. 18. & idem voluit Brun. in tract. de aug. mon. col. 1. & seq. Cur. iun. in l. quod te, col. 7. ver. 2. aduerte, ff. si cer. pet. summa Angelica in verbo, solutio, in 2. conclusione, vbi hanc dicit esse communem opi. tam canonistarũ quam legistarum.

¶Contrarium, quod sufficiat soluere antiquam, quãuis reprobatam, voluit Cy. in l. in minorũ, in 9. q. ver. restat modò. C. in quib. caus. in integ. rest. Imol. in c. quanto, col. fi. ver. itẽ aduerte, de iureiu. Rom. in l. cũ quid, col. 4. ver. tu dic, ff. si cer. pet. Card. in clem. 2. q. 13. de decim. dũ refert dictum Cyni, in l. in minorum. Io. Fab. Insti. quib. mod. tollit. oblig. in princ. ver. sed nunquid. Pract. Pap. in libell. act. hypoth. in verbo, relaxandum, in fi. vers. si verò sit reprobata, Collect. in c. 1. colu. 2. ver. sed quid si mutuasti, de commod. Bar. in l. quod te, col. 1. ver. iuxta hoc moneo, ff. si cert. pet. & ibi Alex. col. 2. ver. iuxta hic tradita. Bal. in d. l. cum quid, col. 2. ver. tertiũ dicunt, ff. eod. & istam tenet Alber. in d. l. cũ quid. col. pen. ver. Iacob. de Aren. distinguit, ff. si cert. pet. Imo. in l. Paulus, vol. 1. in fi. ver. itẽ adde, ff. de solut. istã tenet, & dicit * cõem Dec. in d. l. quod te, nu. 8. ver. sed quærit, & Ripa ibi, nu. 24. ver. fallit quartò. Anch. in clem. fi. col. 2. in fin. ver. ex prædictis collige, de decim. Anan. in c. 2. col. pen. vers. de prædictis omnibus, de maled. & Alex. in l. cum quid, col. pen. ver. itẽ inducitur hæc lex, ibi, & magis communis, ff. si cer. pet. & ibi Soc. col. pen. ver. 4. conclusio, Mart. Laud. in tract. de monet. nu. 14. ver. & est aduertendum.

5 Concorda has duas opiniones, vt prima procedat interueniente mora debitoris, secunda verò qñ mora nõ præcessit, ita concordat Rom. in l. cũ quid, col. 4. ver. tu dic, ff. si cert. pet. & dicetur in seq. limitatione.

Tenendo hanc vltimam opin. quam doct. asserunt * esse * communem.

6 PRIMÒ Limita, illam procedere ante moram debitoris, quia stante mora, tunc debitor non posset offerre pecuniam reprobatam, vt per Cyn. in l. in minorum, C. in quib. caus. in integ. rest. non est necess. in q. 9. uer. modò ponamus. Anch. in clem. fi. col. 2. uer. ex prædictis collige, de decim. Anan. in c. 2. col. pen. uer. de prędictis omnibus, de maled. Alber. in l. cum quid, col. pe. ver. Iac. de Aren. distinguit, ff. si cert. pet. & ibi Roma. col. pen. uers. tu dic. Ias. in l. quod te, col. 7. uer. suprascripta omnia, ff. eo. Lauden. in tract. de monet. nu. 13. vers. circa primum.

¶Contrarium tenuit Sal. in l. cum quid, col. 3. uers. sed dubitari potest, ff. si cert. pet.

Vide quæ dicuntur in prima ampliat. alterius opinionis, de qua mox dicetur.

7 SECVNDÒ Limita, qñ debitor ex causa lucratiua nõ posset pecuniam reprobatam soluere sine pœna, quia tunc ad nihilũ tenetur, ita ut nec etiam reprobatam pecuniã soluere teneatur. Rip. in d. l. quod te, nu. 24. uer. primo casu distinguendum, ff. si cer. pet.

8 ¶Contrarium tenet Brun. in tract. de aug. mon. in 2. par. col. 2. in fi. uers. non tamen, ubi quod imò quis soluet in hoc tantum in alia moneta, quantum ualet illa reprobata in massa.

9 TERTIÒ Limita, qñ pecunia fuisset post tempus cõtractus in pondere diminuta, ita Imo. in l. Paulus, col. 1. in fi. & seq. ff. de solut. & col. 2. uer. secus si fuisset reprobata, post Host. in c. quãto, col. 2. uer. quid ergo si mercator, de iureiur. & ibi Io. And. uer. quæris autem Host. Laud. in tract. de mon. nu. 13. uer. circa primum articulum, & nu. 14. uer. quod dictum Bar.

Tenendo primam opinionem

10 PRIMÒ Amplia illã procedere ẽt si debitor non fuisset in mora, quia nec tunc is posset pecuniam antiquã reprobatam soluere, hoc sentit Bar. in l. Paulus, col. 1. in fi. & seq. uer. quæro quid, ff. de solut. ibi, sed si nõ reperiatur, ubi non distinguit ante morã, uel post morã, Sal. in l. cum quid, col. 3. uer. sed potest dubitari, ibi, aut non erat in mora, ff. si cer. pet. Hostien. in c. 1. nu. 20. uers. contingit autem, quæ sint regal. Imola in c. quãto, col. 4. uer. circa tertiam, de iureiur. Parpal. in l. quod te, nu. 10. uer. & in quantum, ff. si cert. pet.

¶Contrarium, quod sufficiat antiquã soluere quamuis reprobatam ante morã, tenet Anch. in cle. fi. col. 3. uer. ex prædictis collige, de decim. Io. de Anan. in c. 2. col. pe. uer. de prædictis omnib. de maled. Corn. in cons. * 181. nu. 70. uol. 2. qui dicit cõem * opin. Roma. in l. cum quid, col. 4. uers. tu dic, ff. si cert. pet. & ibi Rip. nu. 24. uers. fallit quarto.

Concorda, ut Bal. in d. l. cum quid, col. 2. uer. differentia est ergo, ubi dicit quod ita demum ante moram soluitur noua, ad rationem antiquæ, quando antiqua in rerum natura non reperitur.

11 PRIMÒ Limita primam opin. quod etiam ante moram non sufficiat soluere pecuniam reprobatam, non habere locum in deposito, quia cum deponens remaneat dominus, conueniẽs est, quod periculum spectet ad eum. Brun. in tract. de aug. mon. in 2. parte, col. 5. uer. in pecunia autem.

12 SECVNDÒ Limita, qñ fuisset per Principem reprobata tanq̃ adulterina, quia tunc satis esset illã reddere. Bal. in l. fi. col. 1. uer. sed pone uno, C. de non nu. pec.

13 TERTIÒ Limita, quando fuisset creditor uel conscius, uel particeps reprobationis. Bru. in tract. de aug. mone. in 2. par. col. 3. uer. si autem.

14 QVARTÒ Limita quãdo alia solui non posset & quis conueniretur actione reali, quia tunc illa est soluenda prout est, quamuis sit reprobata. Buttigell. in l. cum quid, nu. 18. uer. 2. casu, ff. si cer. pet.

15 QVINTÒ Limita, quando ageretur actione personali, & alia solui non posset, quia ad nihilum debitor teneretur, ut per Buttigell. in loco proxime allegato.

16 TERTIÒ Amplia principaliter, etiam si pecunia nõ sit reprobata, sed nõ reperiatur, quia nihilominus debitor teneretur ad æstimationẽ antiquę monetæ, quę nõ reperitur, hoc colligitur ex dict. per Inn. in c. olim, in prin. & in uerbo, declinationẽ, de censib. Bart. in l. Paulus, col. 1. in fi. uer. sed si nõ reperiatur, ff. de solut. Imo. ibi. col. 2. uer. & eodem modo potest intelligi. Ioan. de Imola in l. in ratione, §. diligenter, ff. ad l. Falcid. Purpur. in l. quod te, nu. 164. ff. si cer. pet. & ibi Rip. nu. 24. uer.

ver. alia fuit sententia. Soc. in l. cum quid, col. pe. ver. 4. cóclusio, ff. si cer. pet. Bru. in trac. de aug. mon. in 4. par.

17 ¶ Contrarium, quod soluatur noua moneta, sed nó ad rationem antiquæ, non præcedente mora debitoris, voluit Bal. in l. cum quid, col. fi. vers. differentia est ergo, ff. si cer. pet. Alex. in l. quod te. col. 3. versic. de hoc etiam tangit, Bal. ff. eo. tit.

18 QVARTÒ Amplia, nedũ cõclusioné procedere vt soluatur æstimatio antiquæ monetæ, qñ noua est deterior facta, sed etiam qñ moneta noua esset melior antiqua, sufficeret. n. tunc soluere ad rationem antiquæ. Bal. in cons. 446. col. 2. ver. & propterea, vol. 1. Alber. in l. 2. col. pen. ver. deindeiquæro. C. de iur. emphyt. Ancha. in cle. fi. col. 2. in fi. ver. a. casu, de decim. Corn. cõs. 287. col. fi. ver. tamen hoc non obstante, vol. 1. & cons. 181. nu. 70. ver. restat vt deueniã, vol. 2. Ias. in l. 2. col. 31. q. 36. ver. Alber. de Roshic. C. de iur. emphyt.

19 QVINTÒ Amplia, etiam si pecunia minuta mutata sit in bonitate intrinseca, & ob talem defectum aucta sit æstimatio pecuniæ maioris, quia tunc non liberatur debitor, nisi soluendo pecuniá nouam ad æstimationé antiquæ stante mora debitoris, Parpal. in l. cum quid, ver. quinta conclusio, nu. 26. ff. si cert. pet.

30 SAXTÒ Amplia etiam in obligatione annua. Brun. in trac. de aug. mon. in 7. par. col. 1. & seq. Colleg. Pap. in cons. inserto post tractatum Bru. de aug. mon. col. 1. in fi. & seq. vers. procedit præmissa. Io. Ant. Alexan. in cons. 17. nu. 1. col. 1.

21 SAPTIMÒ Amplia, etiam si moneta esset eiusdem æstimationis, & formæ, sed non eiusdem ponderis, aut ligæ. Io. de Platea in l. 1. col. 1. uers. sed quarto, C. de veter. uumis. potest. lib. 11.

22 OCTAVÒ Amplia, etiam si Princeps per legem suã, emanatam post contractam obligationem, velit solutionem fieri debere in pecunia currenti ſm tempus solutionis, ita Oldr. cons. 250. col. 1. ver. ad primá quæst. Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de obli. & solu. in §. nũc aliqua, in fi. super verbo, olim. Bal. in cons. 130. vol. 5. Alber. in l. vxori, §. vxori, col. fi. ver. tertiò quærit, ff. de leg. 3. Ant. de But. in c. quanto, col. 5. ver. ex his deciditur quomodo, de iureiur.

23 PRIMÒ Limita principalem conclusionem, quãdo dictũ esset, vt solutio fiat in moneta currenti, quia tunc attenditur tempus solutionis. Grat. cons. 13. col. pen. ver. item pro opinione illa, vol. 1.

¶ Contrarium voluit Brun. in tract. de aug. mon. in 8. limit. col. 4. in 4. q. in fi. ver. si autem dictum fuerit.

24 Et idem quando dictum sit de moneta currenti tempore solutionis. Brun. in tract. de aug. mon. in 17. part. in 8. limit. in 4. q. col. 3. & seq.

25 SACVNDÒ Limita, nisi per triginta annos facta fuisset semper solutio ad rationé valoris monetæ currẽtis tpe solutionis, ita gl. in c. cõquerẽte, in verbo, solidos, de off. ord. Host. in summa, de decim. §. ex quibus, col. 1. ver. quod si moneta. Signoro. Homod. cons. 74. col. pen. vers. mihi autem videtur. Bal. cons. 496. col. 1. ver. & propterea, vol. 1. Abb. cons. 56. col. 1. in prin. uol. 2. Roman. cons. 123. col. 2. ver. quoad ſm, Aret. in cõs. 111. col. 1. vers. pro veritate. Corn. cons. 181. col. 25. ver. 2. dicti rei, vol. 2. & col. fin. ver. sed obstat quod dicit Host. Curt. iun. cons. 24. col. 4. in fin. ver. sed quid si fortius. Io. Anto. Alex. cons. 75. col. 1. circa primum, ver. modò dubitatur. Bertran. cons. 261. col. fi. ver. sed hic est aliquid, in antiquis, vol. 1. Roma. in l. post venditionem, nu. 3. vers. ad secundum adde, de aq. plu. arcen. Brun. in tract. de aug. mone. in 4. limit. col. 1. Ant. de But. in c. conquerente, col. antepen. ver. quæro, ſm quam, de off. ord. Colleg. Pap. in cons. posito post tractatum Brun. de aug. mone. in 4. col. ver. 2. principaliter. Io. Ant. Alex. in cõs. 17. col. fi. ver. solũ ergo. Mart. Laud. in tract. mon. nu. 31. ver. prædicta vera.

26 Amplia præcedenté cõclusionem de præscriptione procedere etiam in obligatione annua, vt dicit gl. in verbo, solidos, in c. conquerente, de off. ord. Calca. cõs. 15. col. pen. ver. mihi autem videtur. Corn. cons. 181. col. fi. ver. nec etiam obstat, vol. 2.

27 PRIMÒ Sublimita, & intellige qñ semper per præscriptionem vniformiter cucurrit vna moneta, non autem qñ moneta per tempora fuerit sæpius variata, ita Host. in summa, de decim. in §. ex quibus, col. 1. ver. ꝙ si moneta, & seutit Bertr. cons. 261. in fi. vers. & illud non habet dubium, in antiquis, vol. 1.

¶ Contrarium in hac sublimitatione tenet Cor. cõs. 181. nu. 173. ver. secundo dicti rei, & col. fi. ver. nec obstat quod dicit Host. vbi declarat, vol. 2. Brun. qui sequitur Corn. declarationem in tract. de aug. mon. in 4. limit. col. 2. ver. sed in hac nostra, Io. Ant. Alex. in cõs. 17. col. fi. ver. solum ergo, & cons. 75. col. 1. uer. & procedit dicta conclusio.

28 SACVNDÒ Sublimita præcedenté limitationem de præscriptione, vt hẽat locũ duob. concurrentibus, videlicet bona fide, & ꝙ recipiens existimet sibi non plus deberi, ꝙ vltimum fuit de mente Bar. in l. si prius, ff. de aqua plu. arcend. ver. vltimò dicit, & in l. is, qui vsumfruc. ver. quam legé nota, ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. & ibi Bal. ver. vltimò pone, refert, & sequitur Bertr. in d. cons. 261. col. fi. ver. quod saltem procedit, vol. 1. in antiquis, vbi dicit communem *opi. & idẽ tradit Ant. de But. in cons. 111. col. 1. & ponit Purpur. in l. cum quid, col. pe. ver. & etiam scienter, ff. si cert. pet.

29 Quoad illud de bona fide, omnes ãdmittunt, vt latè per Balb. in tract. præscri. in 7. q. quartæ partis principalis, aliàs fol. 24. num. 29. & Imola ponit in l. si prius, in princ. ver. item facit ad q. ff. de aq. plu. arc.

30 ¶ Contrarium aũt in eo quod dictum est de ignorãtia recipientis vr̃ dicendũ, quia multò magis erit tutus ex scientia recipiẽtis ille, qui diminutè soluit, q̃ cõcurrente ignorãtia, ita Curt. iun. in cons. 24. col. fi. ver. nec obstat si quispiá, ita Balb. in d. tract. præscrip. in 7. q. quartæ partis nonæ par. princip. ver. puta tũ, & fuit de mente Ro. in l. post venditionem, ff. de aq. plu. arc. Colleg. Pap. in cons. posito post tractatum Brun. de aug. mon. col. 4. ver. 4. prĩcipaliter, & col. 5. ver. ad ſm. Bru. in trac. de aug. mon. in 4. limit. col. 2. vbi declarat.

31 Amplia, nam etiam ex vnica receptione facta ſm tempus solutionis, faceret sibi præiudicium recipiens, quando esset ambiguitas in contractu quomodo moneta solui deberet, ita Parp. in l. cũ quid, nu. 171. & seq.
32 vbi declarat. ff. si cer. pet. Et multò magis si fuissent plures solutiones, Cur. in tract. mon. in vlt. q. Mart. Laud. in tract. mon. nu. 31. vers. nota unum.

33 TERTIÒ Limita, non procedere conclusioné principalem, vt attendatur tempus promissionis, quando creditum esset usurarium. ita Io. And. in add. ad Spec. in §. nunc aliqua, super fi. verbo, in prin. uer. dicit tamẽ quod quidem, de oblig. & solu. Bru. qui declarat in 5. limit. in tract. de aug. mon.

34 QVARTÒ Limita, qñ pecunia deberẽtur ex contractu lucratiuo, quia satis esset tunc soluere de mone
35 ta currenti tempore solutionis. Guido Papæ in decis. 493. uer. vel põt dici, & in hoc casu si moneta antiqua non reperiatur, ex toto liberari creditorem: uoluit Ripa in l. quod te, nu. 24. uer. 1. casu, ff. si cert. pet.

36 QVINTÒ Limita. nam ista qualitas, quod moneta noua sit deterior, facta in pondere, vel in materia debet articulari, & probari etiam per testes, qui reddant

ratio-

rationem scientiæ non interrogari, ut per Corn. cons. 181.nu.72.ver.his tamen minimè,vol.2.

37 Sextò Limita,quia si creditor esset propterea passurus damnum,si solueretur noua ad rationē antiquæ, tunc solum de antiqua esset facienda solutio,si antiqua reperiatur.Brun.in trac.de aug.mo.in 1.par.col.3.ver. illud bene verum.

38 Septimò Limita,nam stante consuetudine, ꝙ vna pecunia pro alia solui posset,quoad æstimandā pecuniam,quæ est in facultate solnenus,attenditur tempus solutionis,ita Brun.in tract.de aug.mon.in 2.limit. & in 2.par.col.2. ver.in hoc passu.

39 Octavò Limita,stante consuetudine,ꝙ possit solui de pecunia deteriori secundum tempus solutionis, ita Rom.in cons. 123. col.2. in fi. ver.ea hia infertur modò.Curt.iun.in cons.24.in fi.ver.præmissa iudicio meo.Brun.in tract.de aug.mon. in 3.limit.& in 7.limita.Purpu.qui declarat, in d.l.cum quid,nu.174.& seq. Io.Ant.Alex.in cōs.148.col.1.ver.2.fact, & in fi.ver. non obstat id,quod dixi.

30 Nonò Limita in tributis, vel præstationibus fisco soluendis.Bru.in trac.de aug.mon.in 7.limit.

31 Decimò Limita,qñ creditor fuisset causa,vel particeps reprobationis pecuniæ, quia tunc ēt de pecunia reprobata creditori solui posset Brun.in tract. de aug. mon.in 2.par.col.3.ver.si autem,& in 7.limit.versi.& moueor vltra prædicta.Laud.in tract.de aug. mon.nu. 23.ver.nisi debitor sit in mora,vel culpa.

CONCLVSIO III.

ARGVMENTVM.

Monetæ valor si decrescat ob Principis uoluntatem, quomodo solui debeat.

1 Secunda est conclusio,vt si valor monetæ decreuerit non ea deterioratione materiæ, vel formæ, sed ob Principis voluntatem, vel si aliàs propter ualoris mutationem plus hodie valeat aureus, vel grossior moneta, q̃ ualuerit tpe promissionis, tunc diminutio cedit ad incommodū creditoris : ita vt satis sit soluere ſm tpš solutionis, gl.in c.quis ignorat, in verbo, nostro,32.q.3.Host.in c.quanto,col.2.in fin. vers. quid ergo,de iureiur.& ibi Io.And.col.2. vers. quærit autem Host.& ibi Abb.col.5.vers. venio ad secundum, & ibi Anch.col.2.vers.4.quæro.Bar.in l. Paulus, col. 1.in fi.vers.quero quid si moneta,ff.de sol.Bald.& Iac. in l.res in dotem, ff. de iure dot.Bal. cons.213.vol.5. Imola in clem.2.col.pen.vers.Matthæus etiam sic, de decim.Io.Fab. Inst. quib. mod. tollit. oblig.in princ. ver.quid ergo.Aret.in l.quod te,col.2.ver.aliqñ,& est tertius casus,ff.si cert.pet.Ias.in l.2.in 36.q.C. de iure emphyt. Corn.cōs.279.vol.1.uer.item adduxi,& cōs. 321.in fi.ver.nec obstat quod dicit vol.3.Aret. in cōs. 11.col.2.ver.re tñ vera,vbi dicit istā * cōem. Ang. in l.cum quid,circa fi.uer.& idem dicas,ff.si cer.pet.Ana. in c.fi.col.pen.ver.de prædictis omnibus,de maled.Rebuff.in l.2.nu.3.ver.allegatur lex ista, ibi,si autem moneta non est mutata, C.de vet.númis.potest.Cur. iun. cons.24.col.3.in prin.ver.sed hoc non obstante,Grat. cons.12.nu.44.uer.nā vbicunque, vol. 1.& cons.13. col.1.& seq.eo.vol. Boer.decis.327.col. fi.ver.tertius vero.Soc.in d.l.cum quid,col.pe.ver.tertia conclusio, ff.si cer.pet.Barbat.cons.19.col.1.& seq.uol.4.Purp. in d.l.cum quid,nu.165. ver.2.conclusio. Parpal.ibi col.fi.uer.quarta conclusio.Buttigell.ibi,nu.30. uers. tertia conclusio,Io.de Prato,in l.quod te,nu. 10.uers. item adde,ff.si cer.per.Io. Fab.in auth.hoc nisi uerò, uer.tu autem potes docere.C.de sol.Albe.in l.cū quid, col.pe.uer.in fi.uer.Iac.de Arena distinguit, ff.si cert. pet.Brun.in tract.de aug.mon.in 3.par.col.1. & seq. ubi dicit * cōem.Curt.in tract.mon.nu.4.uers. quærit Bar.Mart.Laud.in tract.de mon.nu.17.uer.circa quartum articulum.Guido Papæ quæst.493.

2 Et ita procedit quod not.Bar.in l.cum certū, ff.de aur.& arg.lega.Bal.in l.si quis argentum,in prin.col. fi.uer.consului, C.de don.& cons.269.uol. 2. & in l. cum quid,col.fi.uer.si uerò adhuc existat,ff.si cer.pet. qui uolunt monetam esse soluendam in eadem specie.

¶Contrarium , ut etiam si solus ualor sit mutatus, & non bonitas intrinseca,attendatur tempus promissionis,& non tempus solutionis,tenuit.Ant. de But.in c.quanto,col.4.uer.tertius casus,& ibi Abb.col.3.uer. aut non est in totum,& Imola col.4.uer.aut est diminutum,de iureiu.Pract.Pap.in libel.act.hypoth. in uerbo,relaxandum,circa finem,uers.sed circa prædicta audi quæstionem. Domi..cons.137.col.1.uers.item ista mutatio.

Et propterea si moneta antiqua extaret illa met esset soluenda,ut tenuit Bal.in l.cum quid.in fi.uer.si verò extat , ff. si cert. pet. istam sequitur,& dicit * cōem. Cur.in tract.mon.nu. 10.in 13.q.Curt.iun. in d.l.cum quid,nu.21.uer.circa q.Bar.& nu. 24.ubi dicit cōem opin.Mart.Laud.in tract.de mon.nu.22.uer. quærendum,ibi, redeo ad propositum.Io.Regnaudi in tract.

3 mon.per totum,gl.consuet.Turon. fol.122.col.4. Et ista para seruatur de consuetudine , vt dicit Parpal.in d.l.cum quid,col.fi.uer.4.conclusio,ff.si cer.pet.& ponit Grat.in cons.12.nu.56.uer.nonò,& ult.uol.1.Io. Ant.Alex.in cons.17.col.fi.uer. stante ista conclu.

4 Primò Amplia, etiam dato quod certa species monetæ promissa sit , & consuetudo admittat ut possit eius ualor solui , tamen solui debet prout illa moneta certa,& conuenta ualet tempore solutionis nō tempore promissionis,secundum Grat.in cons.12.col.4. in fi.uer.accuratius uerò,uol.1.

5 Secundò Amplia,ut etiam quoad monetam, cuius est in facultate debitoris solutio, attēdatur tempus solutionis,non tempus promissionis, ut per Bar.in d. l.Paulus, in fi.uers.sed quid si dictum, ff.de sol.Curt. iun.cons.24.col.3.uer.& istud etiam, & habetur infra in limitationibus,nu. 3.

6 Tertiò Amplia, quādo pecunia certa,uel eius valor per alternatiuam est promissus, quia quoad ualorem attenditur tempus solutionis.Grat.cons.15.col.5. uer.quod etiam demonstratur,uol.1.& cons.13.col.4. vers.non omitto etiam,uol.1.

7 Quartò Amplia, etiam si ualor monetæ maioris creuerit propter diminutā pecuniam in sua bonitate. Ita Grat.cons. 12.col.6.uer.5.moueor,& in cons.13. col.7.uers. præterea illa opin.uol.1.& in cons.14.col. fi.uer.3.retorquetur,eod uol.

¶Contrariū tenet Io.Ant.Alex.in cōs.17.col. pen. uer. uerū in præmissis. Et licet ipse teneat contrariam partē in sua consultatione,non tamen recedit ab illa cōclusione, ut patet in finalib.uerbis suæ consultationis.

8 Primò Limita principalē cōclusionē,nisi dictū sit, ꝙ reddatur pecunia in tot florenis, uel tot ducatis sub æstimatione:tunc.n.nō tpa solutionis, sed tps promissionis attēdi dēr,Bar.in l. Paulus,in fi.uers. sed quid si fuit dictum, ff.de sol.Io. Fab.Inst.quib.mod.toll.obl. in prin.uer. quid ergo si mecum.Pet.de Ancha. in clem. fin.col.pen.in fin.uers.hæc uera,de decim.Bart.in l.pe. §.mancipia.uersic.& hoc facit ad q.ff.solut.mat.secundum

dum

dum un am interpretationem, quæ mihi vr̃ magis conuenire, quàm alia interpretatio, licèt Bar. aliud velit, ut considerant Imola, & Alex. & ibi Pau. ver. quærit Bar. ita intelligit, & sequitur Imola ibi, qui intelligit, Bar. velle contrarium, in ver. extra gl. & ibi Alexan. in d. §. macipia. Bru. in trac. de aug. mone. in 8. limit. in 3. col. in ver. 2. quæritur, & in sextadecima particula eiusdem trac. Aimo. cons. 47. col. 1. ver. quibus tñ nõ obstãtib.

9 Et tale pactum ualere, ꝙ pecunia reddatur in eadem æstimatione, uoluit Bar. in l. sed si addes, in §. si dominus, & ibi Fulg. & Pau. de Cast. ff. locat.

10 PRIMÒ Amplia, idem esse si dictum sit, In tot scutis, quia qui vult tot scutos sibi reddi, non uult pendere ab augmento, vel diminutione futuri temporis, sed vult esse certus de quantitate scutorum sibi soluendorum. Aimo cons. 47. col. 1. ver. quibus tñ non obstantibus, & tanto magis si dictum esset, in tot scutis similibus, in quibus ipsa summa soluta fuit.

11 SECVNDÒ Amplia, etiam si dictum sit, Ad talem rationem, quia tunc reddi debet prout fuit facta æstimatio, nec addi potest, aut minui. Prac. Pap. in libel. act. hypoth. in uerbo, relaxandũ, in fi. ver. sed circa prædicta. Aim. consi. 47. col. 1. ver. quibus tñ nõ obstantib. & Per. de Anch. in cle. fi. col. 3. in ver. hæc vera, de decim. Soc. in consi. 298. in prin. Bal. cons. 313. uer. & p̃dicta vera, vol. 5. Calc. in cons. 15. col. 4. ver. si per partes. Boer. dec. 327. nu. 10. ver. & prædictam cõem. Io. Fab. Inst. quib. mod. toll. oblig. in prin. uer. quid ergo. Bru. in trac. de aug. mon. in 2. limi. col. 3. in 19. q.

12 TERTIÒ Amplia, præcedentem limitationem locũ habere nedum si dictũ esset, ꝙ reddatur pecunia debita ad eandem rationem, sed etiam si principaliter dicatur, quòd ducatus, vel florenus datus fuisset ad talem rationem, absque eo quod diceretur, ꝙ ad eãdem rationem solutio fieret, ita Bal. in d. cõs. 313. vol. 5. ver. prędicta vera, & Pet. de Anch. in cle. fi. col. 3. ver. hæc vera, de decim. Boer. dec. 327. nu. 10. Soc. in cons. 298. in prin. Barba. in cons. 19. col. 5. in fi. & seq. vol. 4. ver. sed dubium est, qui declarat. Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. in gl. 18. nu. 28. ver. quarò quæro. Bru. in tract. de aug. mon. in 8. limit. col. 3. in 3. quæst.

13 QVARTÒ Amplia, idẽ esse si dictum sit, Tot libras in scutis, uel florenis, vel alia moneta: tunc enim vr̃ ęstimata pecunia maior per minorem pecuniã, & propterea minor pecunia est reddenda, prout fuit æstimata tp̃e promissionis, & lucrum, & damnum, quod prouenit ex moneta maiori, cedit ad commodum, & incommodum debitoris, ita volunt Bar. in l. Paulus, col. 2. ver. sed quæro quid, ff. de sol. & ĩ l. si quis stipulatus fuerit decem in melle, col. 2. in prin. ver. & ideò si promino, ff. de sol. Aret. in cons. 84. in fi. ver. venio igitur ad s̃m. Bal. in c. quanto, de iureiu. col. 2. uer. extra quæro. Cur. in cons. 24. col. 3. uer. & istud, quod in effectu. Bro. in tract. de aug. mone. in 8. limita. in 1. quæst.

¶ Contrarium tenet Cur. in trac. mon. in 11. q. & idem ẽt videtur tenere Mart. Laud. in trac. de monet. nu. 28. & seq. uer. quid autem si pecunia.

14 Nec puto discrepare opi. Bar. ĩ l. Paulus, a dictis per eum in d. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle, ff. de sol. in eo quod valor floreni, considerandus sit tempore promissionis, sed in eo tantũ discrepare vr̃, quia l. Paulus, tenet, florenum esse in facultate soluendi, & eius opi. sequitur Ang. in d. l. si quis fuerit, ff. de solu. & dicit *communem Bru. in trac. de aug. mon. in 8. limi. in 1. q. in d. l. si quis stipulatus fuerit, & Gra. cons. 13. nu. 26. uer. nec obstarent nonnullæ, uol. 1.

15 Et tamen idem Bar. in d. l. si quis stipulatus fuerit, tenet, florenum esse nedũ in facultate soluendi, sed ẽt in obligatione, quam opi. sequitur ẽt Pau. de Cast. ibi, sed hæc opinio Bar. in d. l. si quis stipulatus, communiter reprobatur, ut per Grat. in cons. 13. nu. 27. vol. 1.

16 QVINTÒ Amplia, etiam si dictum sit, centũ libras, semper enim reddendæ sunt centum libræ & augmentum, & decrementum ipsius floreni cedit commodo & incommodo debitoris. Abb. in c. quanto, col. fi. uer. aut fuit dictum, de iureiur. Bru. in trac. de aug. mone. in 8. limit. col. 2. ver. & per prædicta teneo.

17 SEXTÒ Amplia, ut idem sit ẽt in deposito: nam si depositæ sint centum libræ in florenis, sufficit reddere centum libras, & non attenditur ꝙ tempore solutionis creuerit, vel decreuerit florenus. Bar. in d. l. Paulus, col. 2. in fi. ver. sed quid esset in deposito, ff. de solut.

18 SECVNDÒ Principaliter limita, nisi debitor fuisset causa, vel particeps ꝙ monetæ valor augeretur, quia tali commodo ipse frui non debet. Host. in c. quãto, col. 3. ver. si autem diminuta, de iureiur. Bal. in l. acceptã, in 17. q. C. de usur. Domin. in consi. 137. col. 1. ver. excludo casus non dubios. Io. Ant. in consi. 17. col. fi. versi. nam ipsi Principi.

19 TERTIÒ Limita, qñ valor monetæ non fuisset perpetuò diminutus, sed pro tp̃e sæpius uariatus. tunc. n. attendi debet valor tempore promissionis, & pecunia reddi in eadem bonitate intrinseca, siue valor ipsius monetæ promissæ creuerit siue decreuerit post promissionem. Bar. in l. Paulus, col. 2. uer. vnum tñ, ff. de solu. Aret. in l. quod te, col. 2. ver. circa quartum casum. ff. si cer. pet. Soc. in l. cum quid, ver. secũda cõclusio, ff. eod. Abb. in c. quãto, col. pe. ver. secũdo casu, de iureiu. post Ant. de But. col. 4. uer. quartus casus, de iureiur. Bald. consi. 130. uol. 5. gl. consue. Turon. fol. 122. col. 4.

¶ Contrariũ Imo. in c. quãto, col. pe. uer. circa tertiũ conclude, de iureiu. dum reprehẽdit differẽtiã Ant. de Bu. Mar. Lau. in trac. de mon. nu. 19. uer. tertius casus.

20 PRIMÒ Amplia primam cõem opi. idem esse qñ mutatio durasset modico tẽpore, ita Bar. in l. Paulus, col. 2. uer. vnum tamen, ff. de sol. Ant. de But. in c. quanto, col. 5. uers. est tamen aduertendum, & ibi Imola col. 2. uer. itẽ aduerte, de iureiur. Bru. in tract. de aug. mone. in 4. parte. Mar. Laud. in tract. de monet. nu. 19. uer. fateor quòd Antonius.

21 SECVNDÒ Amplia, idem esse etiam quando mora debitoris interuenisset, prout loquitur Bar. in d. l. Paulus, col. 2. ver. vnum tamen, ff. de sol. & alii alle. supra in proxima conclusione, nu. 6. & nu. 10. & infra in seq. conclusione, in prin.

¶ Contrariũ tenet Imol. in d. c. quanto, col. pe. vers. aut est diminuta, de iureiur. Bal. cons. 130. vol. 5.

22 TERTIÒ Amplia, qñ nõ esset spes ꝙ de primo moneta reciperet augmentũ, quia tunc nõ sufficeret illam reddere in eadẽ bonitate intrinseca, sed necesse esset soluere s̃m æstimationẽ tp̃is promissionis, declarando ut per Abb. in d. c. quanto, de iureiur. col. pe. uer. puto tñ, refert, & sequitur Brun. in trac. de aug. mon. in 4. par. Summa Ang. in verbo, solutio, in 2. conclusione.

23 QVARTÒ Limita conclu. principa. nisi post promissionem incontinenti subsecuta fuisset repentina mutatio, & diminutio valoris monetæ: quia tunc attenderetur tempus promissionis, & non tempus solutionis. Bal. in l. acceptam, in 17. q. C. de vsur. Mantua. in cons. 170. sentit etiam cum Bal. Brun. in trac. de aug. monet. in 3. par. col. 5. ver. est uerum quòd Bal.

¶ Cõtrarium sentit Rom. in l. cum quid, col. 3. in fi. ver. ex ista gl. ff. si cert. pet.

24 Amplia primam cõem opi. etiam si post solutionẽ incontinenti subsecuta sit reprobatio monetę, quia nõ est satis soluisse eo tempore, quo nondũ fuerat repro-

 bata,

bata, quia pro reprobata habetur, quæ erat poximè reprobanda. Calca. cons. 14. col. 4. uer. quantũ ad tertiũ.

25 QVINTÒ Limita, nisi expressè actum sit, q̃ attendi deberet ualor temporis promissionis. Aret. in consi. 111. col. 1. uer. pro veritare huius. Bru. in trac. de aug. mon. iu 16. par. nu. 1. col. 1. ver. & d. conclusio.

26 SEXTÒ Limita, uam etiam in casu præcedentis limitationis necesse est ut soluatur in eadem bonitate intrinsecx, siue auctus fuerit valor, siue diminutus. Soc. l. cum quid, col. pe. ver. tertia cõclusio. ff. si cer. pet. Barbs. in. cons. 19. col. 1. uer. cum gl. uol. 4.

27 SEPTIMÒ Limita, quia si debitum sit usurariũ, vel aliàs creditor ex illo lucrum consequatur, poterit debitor soluere de pecunia antiqua, & s̃m eius valorem, ẽt inuito creditore. Parpal. in l. cũ q.d, col. fi. ver. 4. cõclusio, ff. si cer. pet. Clau. in l. si ex legati, col. 1. uer. & inter cætera nota tex. singularẽ. ff. de ver. obl. Purp. in l. cum quid, nu. 168. uer. secundò limita, ff. si cer. pet.

28 OCTAVÒ Limita, nã ẽt qñ actũ est de certo genere monetæ, & attẽdendũ est tp̃s solutionis, tñ solutio nõ põt fieri in alio genere monetę, q̃ in eo, in quo debitũ est contractũ, qñ ex hmõi solutione creditor aliquod damnũ pateretur. Soc. in consi. 247. col. 5. uer. præterea licet uariata, lib. 2. Purpu. in l. cum quid, nu. 168. ver. vltimò declaratis, ff. si cer. pet. aliàs ẽt in alio genere monetæ solutio fieri posset, ut in iuribus p̃dictis.

CONCLVSIO III.

ARGVMENTVM.

Monetæ diminutio stãte mora, cedit damno debitoris.

1 TErtia est regula ĩ hac materia, q̃ stãte mora debitoris, diminutio monetæ cedit damno & præiudicio ipsius debitoris. Ant. de But. in c. quãto, col. 4. vers. vltimus casus, & ibi Abb. col. 5. uersi. item scias procedere, & Anchar. colum. 2. versic. quarto quæro, ibi, vbi aũt non est mutata materia, de iureiu. Bar. in l. Paulus, col. 2. uer. 2. modo, ff. de solu. in l. cum certum, ff. de aur. & arg. leg. ver. pone q̃ promisit ibi. Bar. & Iaco. in l. res in dotem, ff. de iur. dot. Bald. cons. 269. uer. 2. casu, vol. 2. Imola in cle. fi. col. pe. ver. si verò mutatio, de decim. Aug. in l. cũ quid, i fi. verbis, ff. si cer. pet. ver. sed si eadẽ moneta. Are. in l. quod te, col. 2. versi. & est quintus casus, ff. eo. Purp. in d. l. cum qd, nu. 166. uer. tertia cõclusio. Rebuff. in l. 2. col. 2. ver. si aũt moneta. C. de veter. nũmis. Ias. in l. 2. col. 31. q. 36. uer. 2. uerò casu. C. de iur. emphyt. Prac. Papien. in libell. action. hypoth. in verbo relaxandum, in fi. uer. sed circa prędicta. Soc. in cons. 298. ver. quinimmo, lib. 2. Calca. in consi. 15. col. 13. ver. est ẽt alia. Barba. in consi. 19. col. 1. & seq. ver. nec obstat lex, uinum, uol. 4. & uer. etsi quispiã opponat. Bouer. in verbo, mixta. de contractib. in sing. 14. & 19. decis. Neapol. 194. col. 2. uer. nec obstat, in antiquis. Mantua cons. 170. uer. & q̃ hoc quidẽ. Boer. dec. 327. col. fi. uer. quintus casus est. Bru. in trac. de aug. monet. in 1. limit. col. 1. in princ. & in 8. limit. col. 3. uer. & prædicta procedũt. Bal. in c. quãto, col. 2. uer. extrà quæro, de iureiu. Cur. in trac. monet. nu. 4. uersi. quærit. Bar. Mart. Lau. in trac. de monet. nu. 19. & seq. uer. si autem esset facta.

2 PRIMÒ Limita, qñ post morã succederet mutatio ualoris in moneta maiori p̃p deteriorationem monetæ minutæ, quia id tanquam lucrũ, & non damnũ non esset in consideratione. Bar. in l. Paulus, col. 2. uer. aduertatis, nam uos scitis, ff. de solu. & ibi Ang. uer. ultimo dicit Bar. Bru. in trac. de aug. mone. in 15. par.

¶ Contrarium tenet Ant. de But. in c. quanto, col. 3. uer. 2. pręmitto, & ibi Abb. col. pe. uer. uenio ad s̃m, de iureiur. uoluit Summa Ang. in uerbo, solutio. in 2. conclusione. Purp. in l. cũ quid, nu. 166. uer. limitetis, ff. si cer. pet. & Brun. in trac. de aug. mone. in 1. limit. col. 1. in fi. & seq. & uoluit ẽt Imol. in d. c. quanto, col. 4. uer. quandoque pecuniæ ualor. Cur. in trac. mone. col. 1. & seq. nu. 5. uer. successiuè quæro, ubi declarat saluando Bar. opi. uno caso, Mart. Laud. in trac. de mone. nu. 2. uer. si autem esset facta.

Tenendo primam opin.

3 PRIMÒ Sublimita, nisi debitor minutæ pecuniæ fuisset in mora, & ipsa minuta pecunia diminuta fuisset post morã: ita sublimitat Bru. in d. trac. monet. in 1. limitatione, col. 2. uer. & teuẽdo, & ita fuit de mẽte Ant. de But. in c. quauto, col. 4. uer. ultimus casus, de iureiur.

4 SECVNDÒ Sublimita, in solito lucrari, vt per Bar. in l. Paulus, col. 2. vers. aduertatis, ff. de solu. Soc. in l. cum quid. ff. si cer. pet. col. fi. ver. tertia cõclusio, & ibi Purp. nu. 167. & Parpal. in fi. col. uers. sexta conclusio. Alex. in l. nummis, col. fi. uer. in eadem, ibi, quod potuit, & ibi Ias. col. fi, uer. in eadẽ gl. ff. de in lit. iur. Bru. in trac. de aug. monet. in 1. limit. col. 2. uer. item 2. limitatur.

¶ Contrarium, q̃ etiam in non solito mercari habeatur ratio quando pecunia decrescit. Cur. in trac. monet. col. 1. & seq. uer. successiuè quærit.

5 SECVNDÒ Limita, quando decremẽtum modico tempore durauit, ut uoluit. Bart. in l. Paulus, col. 2. uer. unum tamen uolo, ff. de solut. Ant. de But. in c. quãto, col. 4. uer. ultimus casus, ibi, uers. est tamen aduertendum, de iureiur. & ibi Imola, col. 5. uer. item aduerte. Bru. in trac. de aug. mon. in 4. parte.

¶ Cõtrarium autem tenet Bal. in l. Paulus, uer. nota in pecunia, ff. de solu.

6 TERTIÒ Limita, quando ualor esset post moram sæpius uariatus, ut dictum est supra in præcedenti cõ conclusione, in 1. ampliat. tertiæ limitationis principalis amplíat. tertiæ limit.

7 QVARTÒ Limita, nam potest debitor antiquam monetam currentem soluere pro noua, & eam tenetur creditor recipere, dummodò sit debiti ponderis, & bonæ materiæ. Io. de Platea in l. 1. col. 1. uer. item nota. C. de ueter. num. pot. lib. 11.

CONCLVSIO IIII.

ARGVMENTVM.

Monetæ valor in vltimæ uoluntate, consideratur tẽpore dispositionis.

44 XV. Amplia, quia filiorum appellatione non modo veniunt nepotes, sed etiam pronepotes, Bart. in l.1. §. siquis, ff.de suis, & legit. Paris.in consil.52. colum.4.volum.2.Ain.in cons.155.colum.1. in fin. & seq.vbi declarat, & idem volun Bart.in l.liberorum, colum.penult.vers. quæro an appellatione, ff.de verb. signif.& in l.Gallus, §.instituens, vbi Alexand. Cuman.Ias. & communiter alii, ff.de liber. & posthum. Paul.de Castro, in d.l.Gallus, §.idem credendum, eod. tit.Cuma.in cons.13.Alexand.in consil. 125. volu.5. Fulg.in cons.68.& cons.119.col. fin.Paris. cons. 20. nu.23.uol.1.Ruin.in consi.166.nu.8.vol.1. vbi dicit communem* opinionem, & cons.62.nu.4.vol.3.vbi dicit magis *communem.

45 Primò Amplia istam ampliationem procedere etiam ex propria significatione. Bart. in l. cui eorum, §.affinitates, ff. de postul. Alex.in d.§.instituens, ff.de lib.& posthum.& in consil.125.col.3.uol.5.Goza.in in cons.59.nu.10.

46 Secundò Amplia, vt id procedat etiam in materia correctoria, vt not.Bart. in auth.matri, & auiæ, C. quan.mul.tut.off. fung. pot. & in l.quæ sub conditione, ff.de testam.tutel. Alexand.in cons.125.colum. 3. vol.5.Ruin.in cons.166.nu.8.vol.1.& in cons.62.nu. 4.vol.3.

47 XVI. Amplia, nam etiamsi dictum sit de filiis ex suo corpore natis, adhuc etiam venirent nepotes: vt tenent Bertrand. in consil.157.colum.2. volu. 1.Ruin.cons.206. colum.11. & 12.volum.2.& consil.63.colum.2.in fin.& seq.vol.3. Vide infra in limitatione 13.

48 Primò Limita principaliter, quia in tutelis appellatione filiorum non veniunt nepotes, text.est in l. quid si nepotes, ff.de test.tut.& ibi Bartol. in l. præcedent.& not.Bald.in d l.quid si nepotes.glo. in l.iusta, ff.de verb.sign.Bald.in l.liberorum, col.2.ff.de verb. signif.Card.in c.2.de verb.sign. Petr.de Anch. in cle. 1. de bapt.Curt.iun.in cons.111.col.1. est etiam text. in §.fi.inst.qui test.tut.dar.poss.& ponit Alex.in cōs.37. col.4.vol.6.

49 Declara, an hoc sit ex eo, quia in vltimis voluntatibus appellatione filiorum non veniat nepos, secundum vnam opin. uel ex eo, quia tutela respectu tutoris est onus, vt dicit Bart.in l. liberorum, ff.de verb. sig.ut per Doct. alleg.in 1.ampli.pro vna, vel altera parte.

50 Amplia, vt etiam l. dispositio in tutelis loquens de filiis non comprehendat nepotes, vt est text. l.sed & milites, §.1.ff. de excusat.tuto.& not. Bartol. in d.l.liberorum, colum.3.& Alexan.in cons.37.col.4. volum.6.

51 Secundò Limita in patre exhæredante filium, quia tunc filii appellatione non comprehenditur nepos, ut uoluit glo.in l.filii, ff.de verbor. signif.Bart.in l.liberorum, colum.3.ff. de verb. sign. Card.in cap.2. de verb.sign.Pet. de Anch.in clem. 1.de bapt. Ant.de But.in c.in quibusdam, de pœn. Alex.in cons.140.col. 1.uol.6.

¶ Contrarium sentit Curt. iun. in consil. 11. colum.5.

52 Tertiò Limita in legato facto de alicuius persona unà cum filiis, in quo non ueniunt nepotes, quando non sequeretur dura separatio, l.liberorum, §.sed Papyrius, ff.de verbor. sign.l.uxorem, §. concubinæ, ff.de lega.3.ubi gl.Bar. in d.l.liberorum, col.3. Card.in c.2.de uerb.sign.Petr. de Anch.in clem.1. de baptis.

53 Quartò Limita, nam ubi in dispositione filius ponitur per modum causæ, uel conditionis & dispositio non respicit filii commodum: & tunc siue simus in dispositione testatoris, siue simus in dispositione l. appellatione filii non comprehenditur nepos, ita declarat Bart.in l.liberorum, col.3.& seq.de uerb.sig.Card. in d.c.2.de uerb.sign.Pet.de Anch.in clem 1. de bapt. Bald.in c.1.§.& quia, col.2.qui feud.dar.poss. Goz.in cons.36.col.3.

54 Quintò Limita, nam in dispositione l. ubi dispositio continet odium filiorum, appellatione filiorum non ueniunt nepotes, ita tenet Bartol. in d.l. liberorum, colum. 3.ff.de verb.signific. per text. in l. patri, ff.de adult.cum l.sequen. & in l.Iulianus, §.hoc capite, ff.de rit.nup.Card.in cap.2.de uerbor. signific. Petr.de Anchar. in element. 1. de bapt.gloss. in capit. apostolica, in gloss.1.circa fin.8.quæst.1.Ioan. Andr. & Abb. in ca. ad extirpandas, de fil.presbyt. Bald.in cap.1.§.& quia, colum.2.qui feud. dar.poss. & in l.penult. C. ad Maced. cuius dictum sequitur Hippol. in l.infans, colum.4.in fin.& sequent.ff.ad l.Corne l. de sicar. Angel. in l.Titius, in princ. ff. de liber.& posthum. in l.etiam, ff.solut.matri.Alex.in cons.56. col.2. uol.5.

vol.5.& in conf.140.col.1.vol.6.Christop.Porc.in §. fi.insti.qui test.tut.dar.poss.Dec.in conf.95. col.pen. Ale.in conf.37.col.4.vol.6.Gual.in 4.caut.de subst.

55 Primò Amplia, quia etiam in dispositione pœnali appellatione filiorum non veniunt nepotes, Rum.in conf.127.col.1.vol.2.

56 Secundò Amplia, quia omnis constitutio contra iuris dispositionem dum loquitur de filiis, nepotes non comprehendit, prout inquit Afflict. super const. in tit.de arm.nu.32.

57 Sublimitat Cur.iun.in conf.111.col.5.quando dispositio esset vno respectu odiosa, tamen alio respectu
58 contineret dispositionem fauorabilem: vt quando agitur de fœminis excludendis per masculos fauore agnationis, vt ibi per eum.

¶ Contrarium in hac sublimitatione sensit Bald.in conf.362.vol 4.incip.opiniones variæ.

59 ¶ Contrarium in principali limitatione tenuit gl. d.capi. ad extirpandas, de fil.presb. quæ dispositionem excludentem filios a successione in beneficiis paternis asserit etiam nepotes comprehendere: & illa opi. communiter approbatur, vt ibi per Abbat. Idem videtur velle Bal.in l.quisquis.C.ad l.Iul.maiest.

60 Sextò Limita, nam licèt in dispositione l.regulariter filii appellatione veniat nepos, tamen id non habet locum, vbi l. ulterius procedit restringendo suam dispositionem ad liberos primi gradus, l.iubemus, §.1. C. ad Trebell. & ibi per Doctor. Bald.in l.liberorum, uolum.4. ff.de verb.signifi. Card.in cap 2.de verb.signif.Petr.de Anchar.in clem. 1.de bapt.Christoph.Porc.in §.fin. instit. qui test.tut. dar.poss.

61 Septimò Limita nam appellat. filii non venit nepos, si in filio fuisset aliqua qualitas, quæ non inest in nepote.l. fin.C.de nat. lib. Bartol.in l. liberorum, colum.4.ff.de verbor.signif. Card.in d.cap. 2.de verbor.signif.Petr. de Anchar. in cap. 1. de bapt.Bald. in l.Gallus, §.instituens, col.fin.ff.de liber.& posthum. Christoph Porc.in §.fi.inst. qui testa. tut.dar. poss. in in fi. Alexan.in conf.4.col.2.volum.4.Cassan. in conf. 11.col.pe. & seq. Ioann. Anton. Alexand.conf. 22.in fi.Corn.in consil. 234.colum. fin.volum. 4. Soc.in l. cum auus, colum.58. & sequen. versic. primus casus, ff. de condit. & demonstr.Hippol.in sing.303. Zas in consil.7.volum.1.Brun.in tract. quòd stat.masc.fol. 16.vers.& 1.quæro, statutum prædictum, & sequent. vbi declarat.

62 Octavò Limita in priuilegiis, in quibus filiorum appellatione non veniunt nepotes, prout no. Bar.in d. l.liberorum, col.4.ff.de verb.signif. per text.in l.sed & milites, ff.de excus.tut. & ibi not.Bald.& ita etiã voluit Spec.in tit.de success.ab intestat.colum.5.versic quid si aliquis decedit. Bald.in l.iubemus, §. fin.in summario. C. ad Trebellian. Alexand. in l. etiam, ff. solut. matrim.colum.1.Cardin.in cap.2.de verbor. signific. Petr.de Anchar.in clem.1.de baptis.Decis.Neapol.21. in nouis.

63 Limita, quando ex tali priuilegio nullus læderetur, vt per Alex. in l.etiam, col. 1.ff.sol matrim. & Bald.in l.maximum vitium, col.3.C.de lib.præter.

64 Nonò Limita in contractibus, in quibus appellatione filiorum non veniunt nepotes, Bartol.in l.liberorum, colum 4.ff. de verbor.signifi.Cardin.in c.2. de verbor.signif. Petr.de Anchar.in clemen.1. de baptis.Alexand.in l. Gallus, §.instituens.colum. fin. ff.de liber. & posthum. & in l. sed si hac, §. liberos, ff. de in ius voc.Ias.in d. §. instituens, colum. antepen. cum sequen.Salyc.in l.2.quæst.21.C.de iur. emphyr. Calder.in consilio 11. in titul.de locat. Imola in cap. potuit, in fin.de locat.Alexand.in conf.11.colum.8. volum.3.& in consil.17.colum.1.& sequen. & consilio 125. colum. 1. volum. 5. Trigon. sing.19.Cassan.in consil.53.colum.4.Marian.iun.consil.108. colum.3. volum.2. Ruin. consil.13.colum.1.in fin.& sequent. vol.1.& consil.35.colum.1.volum 1.& consil. 203. num.22.volum.2.Paris.in consil.20.num.14.& num. 23.vol.1.

65 Infertur igitur ex hac limitatione, vt in emphyteosi habita pro se, & filiis, non veniant nepotes. Imola in l.cum vir, ff.de condi.& demonst. Saly.in l.2.in 21. q.C.de iur.emphyt.& Imol.in l.quod dicitur, colum. 6.& pen.ff.de verb.obl. Anto.de But. in c.quibusdam, de pœn. Alexand.in l.sed si hac, §.liberos, colum. 1.ff. de in ius voc. Calder.in consil.11.in tit.de locat. Alex. in consil.17.volum. 5.& in consil. 61. colum.2. & in conf.128.colum.pen.volum.1. hoc etiam sensit Imol. in cap.potuit, in fi.de locat.& id tenet expresse Ias. in l.Gallus, §.instituens, col.pen.& seq.ff.de liber. & posthum.& in l. 2.colum.75.vers.6.quærit, C.de iur.emphyt. & in l. si quid id quod, colum.5. vbi dicit hoc esse perpetuò notandum, ff.de iurisd. omn.iud. Felyn. in c.per tuas, colum. 3.de probat.Alex.in conf.11.col. 8.& seq.uol.3.

¶ Contrarium sentit Bald.in d.l.cum vir.ut ponderat ibi Imol. & tenet etiam in principali limitatione Bert.in conf.50.col 2.vol.2.

Tenendo primam opin.communem.

66 Amplia illam etiam procedere in donatione, ut per Marian. iun. in consilio 108.colum. 3. & 4. uolum.2.

67 Sublimita, quando pater fuisset stipulatus filiis non vt filiis, sed vt hæredibus: quo casu non solum venirent nepotes, sed etiam extranei, vt per Imola in l.quod dicitur, ff.de verb.oblig.Ber.in conf. 50.num. 4.uol.2.in nouis.

68 Decimò Limita, vt conclusio habeat locum in nepotibus natis, secus in nascituris: quia appellatione filiorum non veniunt nepotes nascituri, sed tantum nati, sicut dispositio de liberis habet tantum locum in natis, prout istam opin. sequuntur Alexand. in conf. 184.colum.1.uolum.2.Corn.in cõsi.199.colum.10. volum.2 Socin.in consil.75.colum.6.in fin.uolum.4. Dec.in consil.95.colum.penul.Corn.conf.290.in fi. volum.4.Soc.in conf.152.col.2.in 1.3.4.5.& ultima subscrip.Gozad.in conf.36.colum.2.Paris.in conf.20. col.pen.vol.3.

69 ¶ Contrarium in casu, quando testator, vel alius disponens contulit verba in certum futurum euentum, tenuit Cust.iun.consil. 111. colum. fin.Io. Anton Alexand.in conf. 8.in fi.& conf.28. colum.2. Marian.iun.in conf.172.per totum, maximè col.pen. vol.2.Ruin.conf.117.col.5.vol.2.& conf.123.col.1. & 5.uol.2.

70 Primò Sublimita, primam communem opinionem, non habere locum in contractibus, ut tradit Bartol. in l.item prætor, ff.de suis & legit. Ruin. consil.35.numero 14.volum.1.& in conf. 227.colu. 2.eod.uol.

71 Secundò Sublimita, quando dispositio loqueretur, de filiis natis, & nascituris, Ruin. post alios in d. consi.35.no.14.vol.1.

72 Tertiò Sublimita, quia licèt nepotes non sint nati, tamen sufficit si fuerint saltem concepti tempore testamenti, vel tempore mortis testatoris, vt tradit Tiraquell.de retract. lignag.§.1.in gloss. 9.num.85.

XI. Li-

82 XV. Limita, quando idem disponens, vt quid diuersum accepisset in eadem dispositione verbum filios, & verbum liberos, qui ex hoc deprehenditur, ipsam accepisse verbum filios, tantum modo pro filiis primi gradus. ita tenet Corn. in consi. 304. col. 10. vol. 3. Soc. in consi. 152. col. 2. in fin. vol. 1. idem dicit Corn. in consi. 90. col. 2. vol. 5.

83 Amplia idem esse, quando posuisset vt diuersa verbum filios, & nepotes. Gox. in cons. 29. col. 4. & consi. 30. col. 3. Paris. consi. 86. col. 11. vol. 2. Maria. iun. consi. 168 col. 12. vol. 2. Ruin. consi. 141. col. 2. vol. 2.

84 XVI. Limita, quando si fieret ista interpretatio, vt appellatione filiorum venirent nepotes, fieret alteri pręiudicium, vt voluit Bal. in l. sed & milites. ff. de excus. tut. in l. 2. C. de bon. mater. & Alex. in l. etiam. col. j. ff. sol. matr.

85 XVII. Limita, quando filii essent nominati nominibus proprijs, & postea dictum esset, si dicti filij mei. ita limitat Alex. in consi. 140. col. j. vol. 6. Dec. in cons. 291. col. j. & seq. Zas. in cons. 7. vol. j. Goza. in cons. 29. col. 3. Ruin. consi. 117. col. j. vol. 2. & cons. 181. col. 1. vol. 2.

86 Primo Amplia idem esse si dictum sit, si dicti filij mei. Maria. iun. in consi. 163. col. 3. vol. 4.

87 Secundò Amplia, vt idem sit, si dictum esset, quod succederent alii superstites. Ruin. cons. 101. col. pen. & seq. vol. 2.

88 XVIII. Limita, quando si fieret ista extensio, vt appellatione filiorum venirent nepotes, filij ipsi remanerent grauati per fideicomm. restituere ipsis nepotibus: vt declarat Paul. de Castr. in consi. 97. col. 2. in fi. vol. 2. Dec. in 1. cons. 95. col. antepen. in fi. & in cons. 567. in fi. Corn. in cons. 182. col. 3. vol. 2. & cons. 199. col. 10. vol. 2. Cur. iun. cons. 111. col. 1. Mar. iun. cons. 111. col. 6. vol. j. vide supra in 2. ampliat.

89 XIX. Limita in extraneo disponente erga extraneũ, & eius filios: nam tunc non venirent nepotes appellatione filiorum, secundum Fran. Accursij, quia ita consuluit, prout refert Cyn. & Bal. in §. instituens.

¶ Contrarium videtur verius, nec ista limitatio tenetur per Doct. vt per Alex. in cons. 37. col. 4. vol. 6.

90 XX. Limita, quando ex communi vsu loquendi aliter: filij, & aliter nepotes appellarentur. l. quid si nepotes. ff. de testa. tut. §. fi. insti. qui testa: tut. dar. poss. not. Iacob. Butrig. in 1. constit. fforum. Anto. de But. in procem. Decre. in prin. Zas. in 7. cons. vol. 1. Bertr. in cons. 209. col. pe. vol. 3.

¶ Contrarium voluit Mantua in consi. 198. col. fi.

91 Primò Sublimita, dummodo iste communis vsus loquẽdi legitimè probetur, aliàs secus, vt declarat Alex. in cons. 37. col. fi. vol. 6. & Ruin. consi. 63. col. fi. vol. 3.

92 Secundò Sublimita, nisi aliter de mente testatoris appareret, vt per Maria. consi. 146. circa finem. vol. 2.

93 XXI. Limita, quando discretiuè testator esset locutus de filijs, & nepotibus in eadem depositione. Goza. cons. 4. col. 2. Paris. consi. 86. col. 11. vol. 2. Ruin. cons. 131. col. 2. vol. 2. vt fuit dictum supra in 15. limit.

94 XXII. Limita, quando dictum esset de filiis primi gradus, quia tunc stantibus filiis non veniunt nepotes, vt per Cassan. cons. 53. per totum, maximè. col. 12.

95 XXIII. Limita, quando non esset eadem ratio in nepote, quæ in filio. Cassan. in consil. 53. col. 13.

96 XXIIII. Limita, quando si appell. filii veniret nepos sequeretur odium alterius: & ideo stante statuto, quod pater teneatur pro filio, non tenebitur pro nepote. Bal. in l. si qua. ff. de his, qui sunt sui uel alien. iur. Calcan. in cons. 1. col. 5. Rui. consi. 101. col. pen. vol. 3. & consil. 8. col. 2. uol. 5.

97 XXV. Limita, nam conditio si sine filiis decesserit, non operatur, ut propterea ita dicantur nepotes inclusi, ut ex hoc dicantur uocati. ut per Paris. consil. 86. col. 5. uol. 2. & cons. 87. col. 4. in fi. uol. 2.

98 XXVI. Limita, quando dictum esset de filiis superuiuentibus, quia tunc appell. filiorum non ueniunt nepotes. Maria. iun. in consi. 133. nu. 11. uol. 1.

99 XXVII. Limita in priuilegiis tertii præiudicium concernentib. Rui. cons. 227. col. 2. vol. 1. vide sup. in 8. lim.

100 XXVIII. Limita, nam appellatinne filiorum non ueniunt nepotes, quãdo l. quæ de filiis loquitur disponit, quod illa dispositio ad alias personas non trahatur, ut per Rui. cons. 31. col. pen. uol. 3.

101 XXIX. Limita, nam tunc appellatione filiorum ueniunt nepotes, quando nepotes tenent primum locum non aliàs, ut declarat Rui. cons. 8. col. 3. uol. 5.

CONCLVSIO. II.

Argumentum.

Hæredis appellatione venit tam suus, quã extraneus.

1 VErbum (hæres) regulariter verificatur in quolibet hærede, idest tam in hærede sanguinis, quàm etiam in extraneo. Ad hoc allegatur text. in leg. sciendum. ff. de uerbo. signifi. qui textus non probat, quia tantum probat appellatione hæredis uenire hæredes, non modo primi, sed ulterioris gradus. Ad idem allegatur text. in l. in annalibus. C. de leg. qui etiã textus secundum Dec. in c. in præsentia. col. 18. de probatio. non probat, nisi illud idem, quod probat text. in dicta l. sciendum. sed iudicio meo dum tex. in dicta l. in annalibus, dicit illud uerbũ cõtinere oẽs hęredes. probat istam regulam, nam si contineetur omnis hæres, ergo etiam extraneus, qui etiam hęres dicitur. Istam regulam etiam ponit Bart. in l. Gallus, §. etiam si parente. ff. de liber. & posthum. quem sequitur ibi Bal. Ang. Imol. Pau. de Castr. Aret. Alex. Ias. Claud. & Soc. & ultra ipsos hanc regulam ponit Innoc. in rubric. de iur. patron. Bal. in cap. 1. in fin. princ. de eo, qui sibi, & hæredibus suis. Ang. consi. 305. Imol. in consil. 21. in fin. 1. col. & seq. Soc. in cons. 257. colum. 4. & seq. Alexan. cons. 36. colum. 2. vol. 3. Bald. in l. fin. in septima opposi. C. de hæred. instit. Hanc etiam opinionem tenet Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua. ver. 113. Idem ponit Abb. in c. in præsentia. col. 7. post Ant. de Butr. ibi colum. 3. & ibi Dec. col. 18. de probat. & ibi Imol. col. 3. Alex. in consi. 56. col. 2. vol. 2. Imo. in cap. potuit. in sexta colum. in fi. & seq. de locat. Alexan. in cons. 89. in 5. colum. uolum. 2. Imol. in l. quod dicitur. col. pen. ff. de uerb. oblig. & ibi Alex col. pe. Salyc. in l. 2. in 20. q. C. de iur. emphyt. Corn. in cons. 272. col. 2. uol. 4. Maria. in cons. 278. col. 2. uol. 2. Rui. consil. 188. col. 1. vol. 2. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. in glo. 6. nu. 26.

2 Primò Amplia, etiamsi dictum sit de hærede suo in materia transmissibili ad omnem hæredem, ita Spec. in tit. de locat. §. nunc. aliqua. uersicul. 133. & hanc ampliationem tenent Bartol. in d. §. etiamsi parente. Alex. in consil. 9. colum. 1. in fi. versicul. tertio confirmatur. uolum. 2. Dec. in cap. in præsentia. colum. 18. de proba. Ias. in d. §. etiam si parẽte. nu. 11. & istud fuit de mente Abb. in c. in præsentia. col. 9. uer. si autem concessio fieret. de probat. Imol. in cap. potuit. col. 7. de locat. Alexan. in consi. 189. col. 5. uolum. 2. Imol. in l. quod dicitur. colum. pen. ff. de verb. oblig. & ibi Alexan. ubi
* dicit in pen. col. istam esse communem * opi. idem uoluit Salyc. in l. 2. col. 20. C. de iur. emphyt.

Contrarium tenuit Vber, de Bobio, ut refert Io. Andr. in addit. Spe. in tit. de locat. in §. nūc aliqua. uer. 113.

3 Secundò Amplia, etiam si conditio adiecta repugnet, si modò res sui natura sit transmissibilis ad omnes hæredes. ita Bar. in d. l. Gallus. §. etiamsi parente. in respon. ad l. in annalibus. C. de legat. & ibi Bald. col. 2. Soc. col. 4. uers. quarta cōclusio: & licèt illa solutio Bar. ad l. in annalibus, reprobetur, ut per Alex. in d. §. etiam. & ibi Ias. & per Ias. latissimè in d. l. in annalibus. tamen dictum in se est uerum, ut per Aret. in d. §. etiam. col. 3.

4 Tertiò Amplia, ut etiam in materia iuris patronatus uerbum hæres, etiam in hærede extraneo uerificetur, prout not. in c. ex literis. de iur. patr. & noluit glo. in c. cum sæculum. eod. tit. & in c. considerandum. 16. q. 7. & in l. si operarum. ff. de oper. liber. & tradit Abb. * in c. 1. nu. 2. ubi dicit communem * opinionem, de iur. patr. Card. & Imol. in clem. 2. de iur. patr. Fed. de Sen. in cons. 111. Aret. in c. significauit. col. 1. de testib. Afflic. in cons. 54. col. 1. Dec. in cons. 149. col. j. Rocc. in trac. iur. patr. in uer. ipse uelis. q. 8. Ias. in l. j. nu. 71. ff. de leg. j.

5 Amplia istam ampliationem, ut ius patronatus potius ad hæredem extraneum, quàm ad filium, qui patris non est hæres, transire debeat, ut not. Abb. in d. c. j. col. j. uers. & ex hoc, de iur. patr. Dec. in cōs. 149. col. j. Roc. de iur. patron. in uer. ipse uelis. q. 6. Gull. Bened. in cap. Raynutius. in uer. in eodem testamento. el 1. nu. 261. * ubi hanc dicit communem * opinionē. de testa. Lambert. qui etiam dicit communem opinionem in tracta. de iur. patr. in 2. par. in 1. lib. q. 2. art. 16. nu. 13.

6 Primò Limita principalem conclusionem, si sit facta mentio de hærede alicuius uiuentis, quia cū uiuens nō habeat hæredem, respectu successionis, debet intelligi de herede sanguinis. ita Bar. ibi in d. §. etiam, col. 2. Paul. de Cast. col. 2. in fi. Soc. col. j. Ias. col. 4. in fi. & sequen. Aret. col. 4. Alber. colum. 7. & Imol. colum. 3. ff. de lib. & posth. idem tenent Soc. cons. 57. col. 2. uol. 3. & Paris. in cons. 31. col. 7. uol. 2.

7 Secundò Limita, quando uerbum hæres, profertur in materia, quæ sui natura non est transmissibilis, nisi ad descendentes. ita Bart. in d. §. etiam. & Bal. colum. 2. Paul. de Cast. col. 2. in fi. Alex. col. 2. Aret. in 2. col. Soc. col. 2. Ias. num. 15. & Claud. col. 2. ff. de lib. & posthum. Ant. de Butr. in d. c. in præsentia. col. 3. Abb. colum. 7. Imol. col. 3. Dec. col. 18. & ibi Fel. de probat. Bald. in l. * etiam. in fin. ubi dicit istam communem * opinionem. ff. sol. mat. idem Bal. in c. 1. in 8. not. de aliena. feud. in l. 2. in 48. q. ff. de rer. diuis. sentit Bart. in l. iurisiurandi. §. si liberi. col. j. ff. de oper. libert. Spec. in §. nunc aliqua. uer. 113. in tit. de locat. Alex. qui dicit communem opinionem in cons. 23. col. 2. uol. j. Calder. in cons. 15. de uerb. sign. & Bal. in l. liberti, libertæq;. col. 6. C. de ope. lib. idem tenet Imol. in l. etiam. ubi dicit hoc communiter teneri per Doct. ff. sol. matr. Io. de Plat. in l. 1. col. pen. C. si imperia. lib. 10. Alex. in cons. 17. col. j. uol. 5. Soc. in cons. 19. col. j. vol. j. Corne. in cons. 272. col. 2. uol. 4. Soc. in cons. 57. col. 3. vol. 3. Maria. inn. in consi. 76. nu. 2. uol. j. Ruin. cons. 68. col. pen. vol. 5. Dec. loquens in materia feudali, in cons. 516. num. 10. ubi dicit hanc esse communem Doct. opin.

¶ Contrariū tenet Cyn. in l. liberti, libertæq;. col. 2. uers. unde facit ad quæst. C. de oper. libert.

8 Primò Sublimita, si in dispositione adiecta fuerit dictio, quibuscunque, nam tunc in ea etiam extranei comprehenduntur, ut dicetur infra in 4. conclusione, hoc eo. tit.

9 Secundò Sublimita in feudo, in quo non præstaretur seruitium personale, sed census pecuniarius. quod cum non retineat naturam ueri feudi, ideo transit ad quemlibet hæredem etiam extraneum, ut per Aret. in l. Gallus. §. etiam si parente. col. 2. & ibi Soc. col. 2. & Ias. num. 20. & Claud. col. 2. ff. de lib. & posthum.

10 Tertiò Limita, quando resultaret absurdum, iniquum, vel impossibile, uel quid repugnans uoluntati disponentis. ita Bar. in d. §. etiam. & ibi Bald. in 2. col. Paul. de Castr. col. 1. Soc. col. 3. Ias. col. 6. ff. de lib. & posthum. Ant. de Butr. in c. in præsentia. col. 3. Abb. col. 7. Dec. in 19. col. de proba. Ang. in cons. 305. Alex. cons. 36. col. 2. & seq. vol. 3. & cons. 49. vol. 6. Imol. in cons. 21. col. 2. Paris. in c. in præsentia. nu. 103. de proba.

11 Primò Declara, quia in proposito absurdum uideretur sequi, si conditio, si grauatus decesserit sine hærede, intelligeretur de hærede successionis, & non de hærede sanguinis, cum cōditio semper esset extitura, quia semper quis decedit cum hærede successionis: & ita procedit textus in l. ex facto. §. si. ff. ad Treb. & ibi hoc not. Bar. & hoc tenent Bart. in d. §. etiam. col. 2. Bal. col. 2. Paul. de Cast. col. pen. Soc. col. 3. Abb. in c. in præsentia. col. 6. & Dec. col. 19. Angel. in consi. 266. in princ. & in l. j. in princ. C. si de imperial. liber. lib. 10. Cuman. in consi. 125. in princ. Ias. in d. §. etiam. col. 6. Aret. in c. in præsentia. col. 7. de proba. Corn. consi. 272. col. 2. vol. 4. Imol. in l. quod dicitur. col. pen. ff. de uerb. oblig. & ibi Alex. col. antepen. Paris. cons. 89. col. 2. vol. 2.

12 Amplia idem esse, si dictum sit de legitimo hærede in substitutione conditionali, vt per Guid. Pap. q. 457.

13 Secundò Declara, quia contra voluntatem disponentis esset, vt appellatione hæredis ueniret extraneus in casu q. Richard. Malumb. quam ponit Bartol. in dict. §. etiam si parente. videlicet si substitutio sit facta, Titio instituto, de Cain, & eius hæredibus sub conditione, si decesserit Titius institutus sine liberis, quo casu extranei hæredes Titij non faciunt deficere conditionem substitutionis: eodem modo nō est uerisimile, vt quando testator inuitauit Caium, & eius hæredes ad substitutionem, q uoluerit uocare extraneos hæredes Caij, & fuit opinio recitata per Io. Andr. in addit. Spec. super rubr. de testa. in fi. quam sequitur Bal. in d. §. etiam. col. fi. & Raph. Cuman. Paul. de Castr. col. fin. * Aret. col. 3. qui dicit hanc opin. esse * communem. & Soc. col. pen. qui idem dicit. & Ias. col. pen. qui idem dicit. & istam etiam tenent Raph. Cuman. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebell. Raph. Fulg. in l. generaliter. C. de instit. & substit. in l. cum accutissimi. C. de fideicomm. Alex. cons. 93. col. 2. uol. 3. & cons. 125. col. fin. vol. 5. Corn. in cons. 275. col. fi. uol. 4. Fulg. in consi. 17. in secundo dubio. Alex. cons. 37. col. 3. ver. pro hoc ultimo facit. uol. 6. Soc. in cons. 12. col. 1. uol. 3. Alex. in cons. 139. col. 1. & 3. uol. 6. Ruin. cons. 42. col. 3. uol. 2.

¶ Contrarium tenent Ang. in d. §. etiam. & ibi Imol. & Alex. col. 3. & Claud. col. pen. licet dicat alteram partem esse * communem. Corn. in cons. 272. colum. 2. in * fi. & seq. uol. 4. Dec. in consi. 294. col. 1. in fi. & seq. vbi dicit maximè hanc opi. procedere, quando dictum est omnem hæredem.

Tenendo primam communem opin.

14 Limita secundum Paul. de Castr. in §. etiam. col. fin. quando quis esset grauatus post mortem, non adiecta illa conditione, si decesserit sine liberis, sed tantummodo simpliciter facta esset substitutio post mortem, & substitutus non esset talis, in cuius persona conditio liberorum subintelligeretur, prout in fratre: nam tunc extranei hæredes substitui uenirent tanquam vocati ad substitutionem, ex quo cessat ratio prædilectionis, in qua fundatur præcedens limitatio. Et licèt ipse Paul. de Castr. hanc limitationem non plenè firmet, tamen Aret. in d. §. etiam. colum. fin. magis præcisè tenet istam

istam opin. quam ibi Soc. sequitur col.pen. & Claud. col.pen.in fi.

25 Tertio Declara, quia esset contra voluntatem testatoris, quando, si verbum (hæres) pro omni hærede etiam extraneo acciperetur, descendentes testatoris excluderentur ab extraneis: quod quidem repugnare videtur voluntati ipsius testatoris, arg. text. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. in l. cum auus. ff. de condi. & dem. & istam conclusionem firmauit Alex. in cons. 105. col. 2. vers. comprobatur. uol. 1. & cons. 36. col. 3. uers. pro hoc ultimo facit. uol. 6. Angel. in cons. 305. in fi. Alex. cons. 36. col. pen. uol. 3. & in cõs. 49. col. pen. uol. 6. Soc. in cons. 249. col. 10. uers. sed huic obiectioni respondetur. & col. 9. uers. secunda difficultas. Idem fuit de mente Bar. in sua q. in d. §. etiam, dum confirmat opinionẽ Richar. Malumb. & idem uoluit Alciat. in l. hæredis appellatio. ff. de verb. sign.

26 Amplia, ut idem generaliter dicendũ sit, quando, si verbũ hæres acciperetur pro hærede iure successionis, sequeretur quod minus dilectus præferretur magis dilecto. Bal. in c. 1. de natura succes. feu. & ponit Alex. in d. cons. 91. col. 2. vol. 3. & in cons. 105. col. 2. vol. 1. versic. comprobatur.

27 Qvartò Limita, quando primò testator in testamento declarauit, quales deberent esse personæ, ad quas bona sua peruenire volebat: nam si in prohibitione postea alienationis dixerit, quod bona deuenirent ad hæredes suos, intelligitur de talib. hæredibus sensisse, de quibus supra in alia parte testamenti fuerat loquutus, non autẽ de extraneis, vt per Soc. in d. cons. 249. col. 10. vers. sed huic obiectioni. & in cons. 57. col. 2. in fi. & seq. vol. 3.

28 Qvintò Limita, quando communis vsus loquendi se haberet, vt verbum (hæres) pro descendenti acciperetur, vt dicit Bart. in cons. 52. incipien. Salumbene. Bal. in cons. 325. in quarta parte, incip. viso testamento Io. & in cõs. 201. in fi. vol. 4. Soc. in d. cons. 249. col. 10. vers. aliquando & secundo. Imol. in cons. 21. col. 2. ver. sed ad tertendam. Dec. in cons. 38. col. 6. Ias. in d. §. etiã si parente, col. pe. vers. tamen tu aduerte. ff. de liber. & posth. & idẽ voluit Mar. iun. in cons. 158. col. 2. vol. 2.

29 Sextò Limita, nam in substitutione appellatione hæredis venit tantum hæres sanguinis. ita Spec. in titu. de testam. §. in primis. uers. fin. & in tit. de locatione. §. nunc aliqua. vers. 113 quem sequitur Bal. in c. 1. de nat. success. feud. in c. si pater. de testamen. in 6. col. 17. & cõsil. 267. incip. Proponitur, quòd Manfredinus. vol. 5. & in cõs. 283. uol. 2 & in cons. 266. uol. 5. Aegid. Bellam. in cons. 25. in secundo dubio. Barbat. in cons. 89. col. pe. vol. 3. Alex. in cons. 6 col. pe. versi. ad prædicta. uol. 3. & in cons. 47. col. 3. uol. 6 licèt nõ plenè firmet. & in cõs. 105. col. 2. uersic. comprobatur. uol. 1. Guido Pap. q. 457. & decis. 591. Cassan. in consil. 67. nu. 20. Ruin. cons. 110. col. 3. uol. 2 & cons. 174. col. 4. ubi declarat. uol. 2. & consil. 158 colu. 3. uolum. 3.

¶ Contrarium tenent Paul. de Castr. in d. §. etiam. col. fi. Aret. col. 3. in fi. Alex. col. 2. in fi. Soc. in cõs. 249. col. 10. uers. sed huic obiectioni. Corn. in cons. 271. uol. 4. maximè in 3. col. Cur. sen. in cons. 46. col. pe. Mar. iu. in cons. 158 col. 2. uol. 2. & hanc opi. Soc. in cons. 57. col. 3. uol. 3. tenet, qui habet dictum Spec. pro dubio.

Tenendo limitationem tanquam communem.

30 Amplia, quia hæres sanguinis etiamsi fuisset hæres in re certa institutus, nihilominus ueniret proculdubio appellatione hæredis, ut not. Imol. in l. ex facto. col. 6. uers. item attende secundo. ibi ad prædicta facit. ff. de hæred. inst. & idem dicit Guid. Pap. q. 458.

31 Septimò Limita, nisi dictum sit de hæredib. masculis, ut uidere potes in seq. conclus.

32 Octavò Limita, si dictum sit, quod hæreditas uadat de hærede in hæredem, ut dicit Paris. in cons. 55. col. 1. uol. 1.

33 Nono Limita, quia in statuto exclusiuo fœminarum, uerbum, hæres masculus, de descendentibus tantũmodo intelligitur, ut per Brun. post alios, in tract. quòd stante mascul. in 12. art. in 33. quæst.

34 Declara, an in casu in quo appellatione hæredũ ueniunt descendentes, necesse sit quòd descendentes sint hæredes, prout in sequenti conclusione.

CONCLVSIO III.

Argvmentvm.

Hæredis masculi appellatione in materia transitoria ad extraneos, an veniat extraneus.

Licèt in præcedenti conclusione dictũ fuerit, quòd in materia trãsitoria ad extraneos hæredes appellatione
1 hæredis ueniat ẽt extraneus, tñ hoc non habet locũ, qñ dictũ est de hæredib. masculis: tunc. n. extraneus nõ cõprehẽditur: ita tenẽt Bal. Pau. de Cast. & Raph. in l. Gallus, §. etiam si parente, ff de liber. & posthu. Alex. consil. 105. col. 2. uol. 1. Ias. cons. 118. col. pen. & col. fi. uol. 4. Dec. in c. in pręsentia. num. 49. uers. in ea glo. ibi. de probatio. & cons. 395. Grat. cons. 55. col. 1. uol. 1. & in con
* sil. 31. nu. 17. uol. 2. ubi dicit cõem * opin. Maria. iun. cons. 137. col. fi. uol. 1. Guald. caut. 10. de acq. hæred. Rui. cons. 122. col. 1. uol. 1. & cons. 108 col. pe. uol. 5. Bertr. cons. 23. col. 12. uol. 1. Paris. cõs. 55. col. 1. uol. 1.

Contrarium uoluit Soc. in d. l. Gallus, §. etiam si parente, ff. de lib. & posthu.

Ex prima communi Doct. opin.

2 Infertur, an in hac materia, in qua appellatione hæredum ueniunt descendentes, necesse sit, ut filii, siue liberi sint hæredes, uel satis sit illos esse tantummodò descendentes: & in hoc casu quãplures ita distinguunt: nam aut dispositio est facta de liberis hęredibus, & tũc utraque qualitas requiritur, uidelicet & quod sint descendentes, & quod sint etiam hæredes. ita Paul. de Castr. in l. ex facto. §. si quis autem, in fi. ff. ad Trebell. quẽ sequitur Soc. in l. si filius qui patri, ff. de vulgar. & pupil. & eandem opin. sequuntur Ias. in l. si non sortem, §. libertus, ff. de cond. indeb. Alex. in l. sed si hac, §. liberos. col. 2. ff. de in ius voc. Imo. & Alexan. in l. quod dicitur, col. 9. cum pluribus seqq. ff. de verb. oblig. Alex. consil. 10. col. pen. vol. 3. & cons. 19. col. 4. vol. 5. ubi dicit cõ-
* munem * opinionem. Brun. in cons. 1. col. 8. Aimo, qui plures allegat, in cons. 131. num. 7. Ias. in l. si quis id quod. col. 5 in 2. sublimitatione, ff. de iurid. om. iud. Guid. Pap. in sing. 951. Io. Crot. in l. qui Romæ. §. duo fratres, nu. 68. uers. secundus casus est. ff. de uerb. oblig. Ferrat. caut. 37. Afflict. super constit. in tit. de success. nob. nu. 68. Paris. cons. 21. nu. 17. uol. 1.

3 Aut in dispositione simpliciter est facta mentio de hæredibus masculis, & tunc non requiritur, quod ipsi descendentes sint hæredes, ut uoluit Alex. in l. ex facto. §. si quis autem. & ibi Claud. in fi. ff. ad Treb. Ias. in cõs. 7. col. 9. uol. 3. Crem. in sing. 14. Bertr. cõs. 42. col. 2. uol.
* 3. Io. Ant. Alex. cons. 110. nu. 5. ubi dicit * communem.

4 Infertur igitur ex hoc secundum Dec. in cons. 395. col. 2. quòd si inuestitura dicat pro se, & hæredibus ex se descendentibus utriusque sexus, illud nõ dicatur feudum hæreditarium. & idem tenet Ias. cons. 118. col. 5. uers. nec obstat. uol. 4. Corn. cõs. 100. col. fi. uol. 4. & idẽ in emphyteosi dicit Bero. qui istã comm. opi. affirmat q. 17. Maria. iun. cons. 72. nu. 25. & seq. uol. 1.

5 Contrariam opinionem, vt etiam si dictum sit de
hæredibus masculis, requiratur, quòd filij sint hæredes,
sentit Bart. in l. iurisiurandi. §. si liberi. ff. de op. libert. &
Bald. in tit. agnati, vel filij. col. 4. & pro ista opinione vi
detur casus in c. 1. iunctis ijs, quæ ponit ibi Iacob. de
Beluis. Aluar. & Car. in tit. de eo qui sib. & her. sui s, vbi
6 text. loquitur de eo, qui sibi, & hæredibus masculis fuit
stipulatus: & tamen concludunt ibi Doct. feudum il-
lud esse hæreditarium, ita vt non possit transire in de-
scendentes, nisi sint hæredes: & hanc opinionem tenet
etiam Paul. de Castr. in l. Gallus. §. etiam si parente. col.
fi. vers. sed an requiritur. & ibi Aretin. col. fi. ff. de lib. &
posth. Paul. de Castr. cons. 77. in fi. vol. 1. Alex. in cons.
26. col. 2. & seq. vol. 5. & cõs. 28. col. pe. eo. vol. Cæpoll.
in cons. ciu. 31. col. 4. Io. Ant. Alex. in cons. 18. Afflict.
decis. 140. vbi dicit ita sæpe fuisse indicatum, licèt ipse
contrarium teneat, & decis. 195. nu. 7. vbi hanc dicit
* communem * opinionem, & decis. 240. nu. 10. & su-
per constit. reg. in tit. de pœn. contum. in const. incip. si
quis post litem. nu. 7. Curt. cons. 138. col. 5. Dec. cons.
308. nu. 9. Lofred. cons. 1. vbi latissimè. & cõs. 46. Soc.
cons. 50. col. pen. vol. 3. Curt. in tracta. feud. in prima.
par. in 8. q. principali. col. 5. vers. 4. sub hac prima. Aim.
cons. 197. nu. 5. qui hanc dicit communem opinionẽ.
& cons. 131. nu. 8. vbi dicit communem. Grat. cons. 57.
col. 4. vol. 1. & in cons. 4. eod. vol. Maria. iun. cons. 58.
vol. 2. Paris. cons. 23. nu. 162. & seq. vol. 1. & cons. 48.
col. fi. vol. 4. Rui. cons. 174. col. 1. 2. & 3. & col. 5. & seq.
vol. 2. Betr. cons. 18. col. 1. vol. 1. in antiq. & secundum
hãc opin. ita etiam ego obtinui in Rota, in causa Tarui-
sina feudi coram R. D. Ioanne Clerici.

Tenendo hanc vltimam opinionem tanquam ma-
* gis * communem.

7 Infertur ex ea, vt si inuestitura dicat pro se, & hære-
dibus, illud in hoc casu dicatur feudum hæreditariũ. ita
Lofre. in cons. 14. nu. 38. Grat. cons. 4. nu. 42. vol. 1. qui
* hanc dicit communem * opin. Rui. cons. j. nu. 12. uol. 1.
& istam dicit etiam esse communem opinionem Alex.
in cons. 10. col. 4. vol. 3. & idem tenet And. de Isern. in
c. 1. §. quoque. de success. feud. Paris. cons. 1. col. 2. & cõs.
2. col. 4. & cons. 16. col. 2. & cons. 106. col. 3. uol. 1. Rui.
in cons. 69. nu. 15. uol. 3. & cons. 2. col. 2. uol. 4. Dec. in
cons. 185. col. 2. & cons. 194. col. 2. & cons. 390. nu. 5.
Brun. in cõs. 18. col. 3. Cur. iun. in cons. 155. nu. 3. Ale-
xan. in cons. 55. nu. 9. uol. 4. Ruin. in cons. 208. nu. 5.
uol. 2. Goz. in cons. 4. nu. 15. & cons. 8. nu. 36. Dec. qui
dicit communẽ opinionem, in cons. 445. nu. 8. Brun.
in cons. 23. in prin. & in cons. 11. nu. 3. & seq. ubi dicit
communem opinionem. Paris. in cons. 4. nu. 27. ubi di-
cit communem opinionem, uol. 1.

8 PRIMO Amplia idem esse, si dictum sit pro filijs
hæredibus. Ruin. cons. 15. col. 4. uol. 1. & cons. 212. col.
4. & cons. 102. nu. 3. uol. 1. Paris. cõs. 48. nu. 10. uol. 4.
* ubi hanc dicit * communem opin.

9 SECVNDO Amplia idem esse, si facta sit Titio con-
cessio, & hæredibus ex suo corpore legitimè descenden
tibus, ut tenent Afflic. decis. 40. & decis. 240. num. 9. &
seq. & super consti. Reg. in tit. de success. nob. nu. 68. Pa
* ris. consil. 4. num. 33. & num. 27. ubi dicit communem *
opinionem, uol. 1. Lofred. cons. 46. nu. 11.

10 Limita, si dictum esset in inuestitura, concedimus
tibi & hæredibus ex tuo corpore legitimè descenden-
tibus, ita quod maior natu præferatur minori, & mascu
lus præferatur fœminæ: quia tunc erit feudũ ex pacto,
& prouidentia non autem erit feudum hæreditarium,
ut declarat Affl. super cõsti. in tit. de success. nob. nu. 69.

11 TERTIO Amplia, quia dicitur feudum hæreditariũ,
etiamsi dictum sit, pro hæredibus, & successoribus. Pa-
ris. in cons. 2. col. 4. uol. 1. & cons. 3. col. 2. & cõs. 4. col.
4. & cons. 126. num. 23. vol. 1. Alex. qui dicit commu-
* nem * opinionem in cons. 10. col. 3. vol. 3. & in l. quod
dicitur. ff. de verb. oblig. Ruin. in cons. 69. nu. 15. vol. 3.
& cons. 2. col. 2. vol. 4.

12 PRIMO Limita, quia si fiat mentio de hæredibus,
& successorib. in clausulis accessorijs vel executiuis, tũc
non diceretur feudum hæreditarium, vt declarat Paris.
cons. 5. nu. 5. vol. 1.

13 SECVNDO Limita, quia per ista verba hæredibus, &
successoribus, non constituitur simpliciter, & indistin-
ctè feudum hæreditarium, ut post alios declarat Paris.
cons. 27. nu. 172. vol. 1. & cosil. 65. nu. 10. vol. 3. secus
autem si dicatur pro se, & hæredibus quibuscunque,
14 quia tunc simpliciter dicitur feudum hæreditarium. ita
* Mar. iu. cõs. 72. nu. 22. & seq. vol. 1. vbi hãc dicit com. *
opi. & cõs. 114. nu. 9. vol. 2. Paris. in cõs. 2. nu. 19. vol. 1.

15 QVARTO Amplia, quia idem est si dictum sit de hæ
redibus & successoribus, vtriusque sexus, vt inquit Lo-
fre. cons. 1. nu. 114. & pluribus seq.

16 QVINTO Amplia, idem esse, quñ feudum recipitur
pro se, & eius legitimis hæredibus, & successoribus. An.
de Iser. in c. 1. in princ. & in §. hoc quoque. de success.
feud. Ias. in prælud. feu. col. 6. & seq. Fran. Curt. in cõs.
82. col. 4. Dec. cons. 78. col. 1. & cons. 194. nu. 4. Brun.
cons. 10. col. 4. Paris. cons. 16. nu. 12. vbi dicit commu-
* nem * opi. uol. 1. & cons. 65. nu. 7. vol. 3.

¶ Contrarium tenet Goz. post alios ibi per eum alle
* gatos, in cons. 26. nu. 30. qui hanc dicit * comm. opin.

17 SEXTO Amplia, quia etiã si feudũ receptum sit pro
se, & filiis & hæredibus masculis, & fœminis, ac etiam
pro hæredibus extraneis, nihilominus est feudum hæ-
reditarium, vt not. Mari. iun. cons. 110. nu. 19. vol. 2. vbi
* dicit * communem opin.

18 SEPTIMO Amplia, quia in dubio feudum semper
debet præsumi hæreditarium, non autem ex pacto, &
prouidẽtia, ut tenet Bald. & communiter alij in c. 1. col.
4. in tit. an agnati, vel filii. Cuma. in cons. 166. Alex. cõs.
26. col. 2. uol. 5. Brun. cons. 80. col. 4. Ruin. cons. 17. nu.
3. uol. 1. Dec. in cons. 216. col. 2. Cur. iun. in cõs. 3. nu. 4.
Alex. cõs. 18. col. 2. uol. 5. & Paris. cons. 23. nu. 18. uol. 1.

Contrarium tenet Mart. Land. in c. 1. §. hoc quoque.
col. 4. uers. aut feudum non est hæreditarium. de success.
feud. & ibi Andr. de Isern. quos refert Paris. consil. 23.
num. 134. uol. 1.

19 OCTAVO Amplia, quia in feudo hæreditario quis
non admittitur nisi sit hæres uniuersalis, secus autem si
sit hæres particularis. Ang. in l. Gallus. in §. etiam. ff. de
lib. & posth. Imol. in l. quod dicitur. ff. de uerbo. oblig.
Alexand. in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. & in con-
* sil. 19. col. 4. uol. 5. ubi dicit com. * opi. Cur. sen. in con-
sil. 83. nu. 15. Soc. in cõs. 257. col. pe. uol. 2. Afflic. decis.
335. nu. 17. Paris. in cõs. 20. nu. 28. uol. 1. & in cons. 16.
nu. 14. & in cons. 23. nu. 192. ubi hanc dicit magis com
* munem * opinionem. Rip. respons. 26. col. 5. lib. 2.

¶ Contrarium, ut etiã hæres particularis succedat in
feudo hæreditario, uoluerunt Bal. in l. iusiurandi. §. si li-
beri. ff. de oper. liber. & in c. 1. col. 5. de success. feud. præ
pos. in c. 1. an agna. uel fil. Alex. in cons. 128. col. fi. uol.
1. & in cons. 8. col. 1. uol. 3. Calcan. in cons. 78. nu. 20.
Dec. in cons. 78. col. 2. & in cons. 208. col. fi. Gozad. in
cons. 26. nu. 26. & cons. 86. nu. 23. Ruin. in cons. 186.
col. fin. uol. 1.

¶ Tenendo primam opinionem magis communem.
Limita, si in inuestitura esset apposita dictio quibus-
cunque, quia tunc etiam singularis successor ueniret
prout dicetur in seq. cõclusione, in tertia ampliatione.

20 NONO Amplia, quia etiam feudum simpliciter pro
se con-

-ſe conceſſum,dicitur,hæreditarium. Iaſ. qui hanc dicit * communem *opinionem in l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui.ff.de l.1.Alex.in conſ.26.col.4.uol.5.Rui.in cõſ. 37.nu.4.& conſi.38.nu.19.uol.1.Cur.iun.conſ.3.nu. 4 Pariſ.conſ.2.nu.18.& conſi.5.nu.8.uol.1.

21 PRIMÒ Limita principaliter, quia etiam caſu quo neceſſe ſit,quód deſcendẽs ſit hæres, nihilominus ſuffi cit, qđ ſit inſtitutus in re certa,ita Paul.de Caſt.in leg. Gallus.§.etiam ſi parente.col.fi.uerſ.item an eo caſu.ff. de liber.& poſthum.Gui.Pap.q.458.

22 SECVNDÒ Limita, quando feudum receptum eſſet tantummodò pro ſe & filiis ſeu deſcendentibus, quia tunc eſſet feudum ex pacto,& prouidentia, non autem hæreditarium,ut uoluerunt And.de Iſer.in c. 1.§. hoc quoque,col.2.in ti.de ſucceſſ.feud.& in c.1.in prin.in ti.an agn.uel fil.Alex.in conſ.50.col.5.uol.4. & conſ. 528.col.4.vol.5.Pariſ.in conſ 5.nu.2.& ſeq.uol.1.

23 TERTIÒ Limita, quando feudum eſſet receptum pro ſe,& ſuis de domo ſua, prout tenet Maria. iun. in conſ. 103.nu.32.& ſeq.uol.2.

24 QVARTÒ Limita,quando dictum eſſet, pro ſe, ſuiſque hæredibus,filiis,& liberis utriuſque ſexus ex eo proutponit Mar.iun.conſ 72.num.27.uerſic. poſſet & aliis modis.uol.1.

QVINTÒ Limita,quia feudum põt eſſe hæredita 25 rium quo ad quid,& quoad quid non hæreditarium,vt tradit Pariſ.in conſ.23.nu.175 & ſeq.& nu.186.vol.1.

SEXTÒ Limita,ſi dictum ſit pro ſe,hæredibus,libe 26 ris,vel deſcendentib.quia quo ad liberos erit feudum hæreditarium,& quoad deſcendentes,qui ſunt alternatiuè uocati,non erit feudũ hæreditarium,ut notat Rui. conſ.118,uerſ.ſed iſtis non obſtantibus.uol.1.

CONCLVSIO IIII.

ARGVMENTVM.

Hæredum appellatione propter dictionẽ,quibuſcũq; uenit extraneus ,ẽt in materia nõ trãſitoria ad hæredes.

1 IN materia ſui natura non tranſitoria ad hæredes extraneos, ſi tamen diſpoſitio loquitur de hæredibus quibuſcunque,etiam extranei hæredes ueniunt.ita tenet Bal.in leg.1. in 34.q. ff. de rer.diuiſ.in cap.imperialem. colum. penul. uerſicul. ſed quid ſi conceſſum eſt feudum.de prohib.feu. alien. per Feder.& hanc opinio.ſequuntur Alex.in l.ſi patroni in pen.colum.ff.ad Trebell.in l.quædam.§. nihil intereſt. ff.de eden.colum. 1.& in conſ.7.colum 2.uol.7.& conſil.95.colum.2.eod.uol.in l.Gallus.in § etiam ſi parente,ff.de libe.& poſth Roma.in l.id tempus.§.1.ff.de uſu capio.Roma.& Alex.in l.etiam.ff.ſolut.mat. Alexand. in leg.quod dicitur.in penul.col.ff.de uerb. obliga.Abbas.in conſil.3.in tertio dubio. uolum. 2. Iaſ. in prælud.f.u.col.18 & in l.fideiuſſor.* §. prætor ait. colum. fi.ff.de lib.& poſt.in l.quædam.§.nihil intereſt.col.1.ff. de eden.in l.2.col.90.C. de iure emphyt. in conſ. 17. colum.penul.uolum.3.& conſil.55.col.2.vol.3.& conſil.116.col.7.uolum.3.& in conſi. 118.col.3.eod. uol. Claud.in l.Gallus.§.etiam ſi parente. num. 19. ubi di-* cit * communem opin.ff de lib.& poſth. Barbat.in repet.leg.cum accutiſſimi.colum.70. C. de fideicom. Io. Ant. Alex.in conſil.110.Felyn.in cap.in præſentia.col. 11.de probat.Cur.iun.in conſ.1.colum.1.& conſil.32. colum.pen.& in conſil.48.colum.2.& iſtam dicit communem opinionem in conſil.4.colum.fi.& communẽ. etiam dicit idem Curt. iun. in tracta. feud. in 3. par. colum.penul.& in 4.part.colum.60.& Socin. in conſil.266.colum.16.Dec.in conſil.436.col.penul. Alex. in conſ.30.col.4.uol.5.deciſ.Neap.386.in antiq. Fely. in cap.quia V.col.fin.de iudic.& in c.in præſentia,col. 10.de proba.Brun.in conſ.9.col.3.in conſil.10.col.1. ubi etiam dicit communem opin.& conſ.39.col.2.Soc. in conſ.257.col.pen.& fi.Goz.in conſ.8.colum.2.& 5. Bertr.in conſ.46.& in conſ.207.col.2.uol.3.Affl.ſuper conſt.fol.42.aliàs ſub rub.de cul.pac.nu.78.Pariſ.conſil.9.col.1.& conſ.23.col.22.vbi dicit iſtam communem.uol.1.& conſ.71.col.5.uol.3.ubi dicit iſtam communem opinionem.& col.ſeq.Grat.qui dicit iſtam etiã opin.communem in conſ.128.vol.2.& conſ. 163.col. 3.vol.2.Marian.iun.conſ.103.col.5. ubi dicit communem.uol.2.Rui.conſ.123.col.4.uol.2.

2 PRIMÒ Amplia,quia in hoc caſu ueniunt etiam filiæ fœminæ,ut per Rui.conſ.16.col.1. vol.1. vbi etiã dicit,ꝙ Bal.in c.imperialem.non contrariatur dictis in §.donare.ubi tenuit contrarium.

3 SECVNDÒ Amplia,nã nedũ fœminæ,ſed deſcendentes ex eis ueniunt.Rui.conſ.39.col.2.& conſ. 135. col.2.vol.1 & conſ.149.col.5.vol.2.& conſ.150.col 7. vol.2.& cõſ. 188.col.1.vol.2.& conſ.47.col.3.& cõſ. 105.col.pe.uol.3.& cõſ.41.col.3.vol.5.Tiraq.de retrac. lignag.§.1.in gl.7.nu.21.& ſeq.ubi dicit propter iſtam dictionem uenire quæ aliàs non uenirent.

4 Limita proximas ampliationes,nã feudũ conceſſum pro ſe,& hæredibus quibuſcunque, non poterit tranſire ad fœminas non agnatas,ne duæ improprietates ſequantur,prout not.Bal.in c.1.§.donare.qual.feud.olim poter.alien.& in l.cum virum.C. de fideicomm. Rui.in conſ.25.col.3.uol.2.

5 TERTIÒ Amplia,quia per iſtam dictionem quibuſcunq; uenit etiam ſingularis ſucceſſor,ut dicit Alex. in l.etiam.col.fi.ff.ſol.matr.Abb.in conſ.3.in 3.dubio. uol.2.Iaſ.in prælud.feud.col.15.uer.3.limita.& conſil. 89.col.4.uol.3.Grat.in conſ.35.nu.4.& ſeq.vol.1.Afflict.deciſ.335.nu.17.Cur.iun.in conſ.1.num.2.& in conſ.83.nu 6.Rip.in l.ex facto.§.ſi quis ita. nu. 16. & ſeq ff.ad Trebell.ubi dicit cõem opi. & in l. quæſitum. §.ſi quis cum tutor.nu.6.ff. de priuileg. credit. Grat. in conſ.5.nu.74.uol.2.Rui.in conſ.25.nu.13.uol.2.Iaſ.in l.quędam.§.nihil intereſt.ff.de edend.

¶ Tenendo iſtam opinionem in concluſione principali tanquam magis communem.

6 PRIMÒ Declara,nam ſub iſto uerbo quorumcunque,ueniunt ea,quæ ſunt de iure communi, non quæ ſunt de iure ſpeciali uel ex priuilegio, prout declarat Rui.in conſ.105.col.4.uol.3.

7 SECVNDÒ Declara, nam reſtringitur iſtud verbum,quando agitur de tertii præiudicio, ut per eũdem Rui.in conſ.105.colum.3.uol.3.

8 TERTIÒ Declara, quia clauſula, quibuſcunque, non auget,ut extendatur diſpoſitio ad ea quæ ſunt diuerſæ ſpeciei in materia ſtrictè interpretanda.ita Rui.in conſ.103.col.6.uol.3.

9 Contrariam autem opinionem,quod ẽt ſtante clauſula,hęredibus quibuſcunq; non cenſeantur uocati extranei in materia aliàs ad hæredes non tranſitoria,tenuit Bal.in c.1.§.donare.qualiter olim feud.aliena.pot. Bal.in l.cũ virum.in fin.C. de fideicomm. Alexand. in conſil.50.in quinta colum.in 1.uol Mart. de Laud. in d.§.donare.Iacob.de S.Georg.in tract.feu.in uerbo quibuſcunque.Aretin.& Socin.in l.Gallus.§.etiam ſi parente.ff. de liber.& poſthu.Dec.in ca.in præſentia. col. 19.de probat.et in conſi.171.colum.fin.et conſil. 193. colum.penul.in fin.Corn.in conſil.198.colum.fin. volum.2.Io.Ant.Alexan.in conſ.110.colum.2.Barbat.in cõſ.53.col.10.vol.1.& in rubr.de feu.col.2.Caſſ.in cõſuet.Burg.fol.120.col.3.et ſeq.Goza.in conſ.26. col.5.

10 De clauſula, quibuſcunque aliis, vide Felyn. in capitul.ſedes.colum.6.et 8.de reſcriptis.et in ca. poſtulaſti.

lasti.col.9.eo.tit.& vide late per Tiraquel. de retract.lignag.§.1.in glo.7.nu.20.vsque ad numerum 28.

21 Et de uerbo,quocunque,uide Paris.in consi,92.col.1.vol.1.Ruin.in cons.77.col.3.vol.2.

CONCLVSIO V.

ARGVMENTVM

Dictio taxatiua adiecta in personam aucctoris,an personam hæredis excludat.

1 NON parum dubitationis habet conclusio illa,an taxatiua dictio adiecta personæ auctoris ipsius hæredis personã excludat,nã opinionẽ affirmatiuam, q̃ hæredis personam excludat,uidetur ꝓbare text. in l.non solum,la seconda.in §.tale.ff.de libe. leg. & hanc opinionem sequuntur Bar.in l.qui in futurum.§.1.col.2.uersicul.aut poterat habere.ff.de pact.Bald.in leg.qui se patris.colum.7.versicul.aut pronunciat,& præmittit.C.vnd.libe.Bartol.in l.si sic stipulatus.col.2.uersicul.sallit si esset apposita.ff. de verborum obligatio.Alexand. in l.stipulatio.in princ.colum.1.uersicul.2.in versi. sed si & ibi Aretin.colum.1.vers.sed illa iura. ff. de uerborum obligatio.Ruin.in l.Gallus.§.& quid si tantum. ff. de liber.& posth.colum.38.uersicul.quarto fallit.Idem uoluit gloss.in c.1.§.omnes.in gloss.magn,uersic.econtra prima ratio.si de feud.fuer.controuers.Bal. in ca. ad audientiam.el 2.colum.7.vers. sed nunquid stipendiũ. de resc.Aret.in l.hæres in omne.uer.idem credit. si promittat.ff.de acq.hære.Ruin.cons.53.colum.2.ubi dicit

* istam * communem opinionem, in uers. nec etiam dicta promissio.& col.3.ver.vnde quamuis.& cons.184. col.pe.ver.non obstat etiam.uol.1.& cons.41.col.15. uersic.postremò non obstat.uol.1.& cons.42.colum.6. versic.sed præmissis non obstantibus.vol.1.& videtur. sentire hanc opin.Ang in d.l.si sic,la grande. in fi. uerbis,ff.de uer.oblig.Et istam opin.uidetur tenere Rocc. in tracta.iur.patr.in verbo,ipse uelis a quo.in 33.q. circa fi.uersic.sed circa hanc q.Lamber.in tract.iur.patr.in 6.artic.2.q.principalis 2.par. primi lib.col.2.uer. aut est facta reseruatio per fundatorem.fol.123. col. 1. Boer. qui hanc dicit communem opin.decis.67.nu.5.

67 Secundò Amplia, quia filius ſororis licèt æquiparatur agnatis, non tamen matrem excludet. Bald. in l. meminimus. C. de legit. hæred. Brun. in loco ſupra citato.

68 Tertiò Amplia principaliter, nam ſtante ſtatuto, quod ſtantibus ſucceſſorib. maſculis mater excludatur, nec frater uterinus, nec auus maternus, uel alius de linea matris eã excludet, ut per Bal. in l. maximũ uitium.

C.de lib.præter.Bru.in loco sæpius citato.

69 QVARTÒ Amplia,quia si statutum præfert matri coniunctos ex linea materna vsque ad quartum gradũ, fœmina agnata intra illum gradum ipsam matrem non excludit, vt tenent Signorol. Homod. in cons. 227.& Marian.iun.cons.286.col.fi.vol.2.

70 QVINTÒ Amplia secundum Brun.in loco supradicto,quod stante statuto,vt eatantibus masculis ex latere paterno mater excludatur, non eacluditur per fratrẽ vterinum,nec similiter soror consanguinea per fratrem vterinum.

71 Amplia istud,nam vt dicit Ruin.cons.16. col.2.vol. 3.statutum excludens matrem excludit etiam sororem vterinam.

72 VI. Amplia secundum Brun.in loco supradicto, quod si statutum disponit, vt parentes ex progenie, & linea paterna excludant matrem; intelligitur tãtummodo de agnatis,non autem de cognatis, quem sequitur Maria. iun.cons.53.col.2.vol.2.qui generaliter loquitur in statuto fœminas excludente.

73 Hinc infertur,vt nepos ex filio non veniat ad exclusionem matris,Paul.de Cast.cons.418. secundum antiquam impressionem,Brun.in tract.quod stant.masc.in 12.artic.in 19.q.

74 VII. Amplia, vt statutum excludens matrem propter hæredes masculos,intelligatur tantummodo de filijs,vel nepotibus ex filijs. Paul.de Cast.in cons. 98.secundum antiquam impressionem.Brun. in 12.artic. in 19.quæst.

75 PRIMÒ Declara, quia statutum excludens filias propter ognatos primi gradus, intelligitur de agnatis primi gradus respectu ipsius filiæ,vt not.Cutt.cons. 6. col.4.& Brun.in 13.art.in 17.q.

76 SECVNDÒ Declara, nam quando statutum excludit coniunctos ex latere patris ,intelligitur de coniunctis ex parte patris illius,qui vult succedere , non autem ex parte patris ex persona defuncti,ut declarat Brun.in 6. art.in 8.q.princ.uers.5. quæro,an statuto præsente &c. & idem dicit Rui.cons.15.col.7.uol.3.

77 TERTIÒ Declara secundum Brun.in 12.art.in 14. q.quod statutum excludens fœminas propter masculos debet intelligi propter masculos eiusdem gradus.

78 QVARTÒ Declara,quia sub isto statuto excludente fœminas propter fratres,nõ comprehendetur frater uterinus,prout tenet Brun.in 12.ar.in 18.q.princ. qui etiã declarat.& Paris.cons.84.col.6.& seq.uol.3. Maria.iu. cons.5.col.1.uol.1.& in cons.1.nu.51.uol.1.Rui.consil.22.col.2.vol.3.

79 Limita, nam si statutum excluderet descendeutes ex fœminis,non tamen excluderet fratres vterinos, ut inquit Grat.cons.19.uol.1.

CONCLVSIO VIII.

ARGVMENTVM.

Statutum inhabilitans personam habilem ad disponendum, an operetur si illa persona contrahat extra territorium statuentium.

1 STATVM fauorabile inhabilitans personam habilem de iure communi ad disponendum , uel in ultima uoluntate , uel inter uiuos, operatur etiam si persona prohibita subdita ipsis statuentibus contrahat uel disponat in ultima uoluntate extra territorium ipsorum statuentiũ. ista fuit opin.Bar.in l.cunctos pop. colum.12.uers.circa primum.ibi,aut statutum est prohibitum in personam.C.de summ. Trin. in l.si duo. in fin.ff.de administ.tut. & in l.ex castrensi.ff.de castr.pecul. quam opin. sequuntur Bald. consi. 60. uolum. 5. Cassa. consi.21.Alexand. consi. 116.num.6.uolum.6. & consi.41.colum.2.uolum.5. Calca.consi.33.colum. 8.Barb.consi.fin.colum.16.in fin.& seq. uolum.3. ubi * dicit istam communem * opinionem. Caccialup.in d. l.cunctos populos.colum. 54. & sequen. Roc.de Cur. in cap.fin.colum.264. de consuet. vbi dicit hanc opin. communem.Aret.qui declarat cons.54.col.2.& in consil.73.col.4. Capra consi. 144. col.fi. licèt non firmet. Corn. cons. 89. volum.3.Bald.in consi. 418.volum.4. Ruin.consi.53.colum.5.volum.2.& consi.150.colum. 1.volum.4.

2 ¶Contrarium, quod non sit facienda distinctio an statutum sit fauorabile, vel odiosum, sed vtroque casu extendi ad bona alibi existentia,tenuit Signorol. Homod.consi.166.col.2.vers.item secunda non placet. & col.3.vers.2.casu.

3 PRIMÒ Amplia, nam talis inhabilitatio a statuto inducta operatur quoad omnia bona etiam sita extra territorium statuentium, ita sentit Bart.in d.l. cunctos populos,col.12.vers.circa. ibi aut statutum est prohibitiuum.& Aret.ibi col.antep.expressè.Rom.in cons.39. col.12.in 2.dub.Tiraq.de ll.connub.fol.271. tamen nõ firmat in 29.q.sed in 27.q. illud firmat expressè. Cur. cons.9.Bal.cons.60.vol.5.Bru.in tract.quod stant.masc.in 6.articulo,in 1.q.col.4.in fi.& seq. Rui. in consil. 39.col.10.vol.1.

4 PRIMÒ Limita principalem conclusionem locum habere,dummodo expressè conferatur dispositio extra territorium,& in subditum,vt dicit Bal. in l.fi.ff.de iur. omn. iud. vel in scientem tenorem statuti, secus in eo qui ignorauit,prout non subditus præsumitur ignorare.ita dicebat in contractu vltro citroque obligatorio, Zac.de Triuisanis,quẽ refert,& sequitur Pet. de Anch. in c.1.col.47.versi.hanc partem,de const. Alex.in apostil.ad Bart.in d.l.cunctos populos.colum.12.& consil. 116.nu.6.vol.6.& cons.41.col.2.vol.2.Caccia.in l.cunctos populos, col.55. Paris. cons.99. nu.53.& seq.vol. 1.Rui.consi.31.colum.fin.vol.4.& cons.160.colum.2. volum.4.qui ampliat.Grammat.decis.103.num. 170. & seq.vbi ampliat.

5 ¶Contrarium tam respectu scientis,quam ignorantis,tenuit Roch.de Curt.in c.fi.col.264.secundum par * uam impressionem, de consuet. vbi dicit communem * opinionem.

Tenendo primam opinionem.

6 Sublimita secus esse in dispositione vltimæ voluntatis,nam in contractu loquuntur Doct.supra allegati in prima opin.& ita expressè dicit Pet.de Anch. in d.c.1. col.47.de const.& Tiraq.de ll.connub.fol.270.

7 Declara,nam tribus concurrentibus, statutum istud prohibitorium non operatur etiam in vltima voluntate. s.quando dispositio statuti confertur extra territorium,& in non subditum, & bona sunt sita extra territorium,prout tenet Bal.in cons.439.volum.4. & sentit idem Bald.in consi.126.colum.1.volum. 5. versi. solutio in hoc puncto.& Capr.in cõsi.21.col.2.versi. vnde cum dom.Anglicana. & in versi.cum tale testamentũ.

8 Et propterea dicit Pet.de Anch.in d.c.1.col. 47. in fin. uersi.sed circa personas.de consti. quod habilitatio , & inhabilitatio personę ad testandum,vel relinquendum, non trahitur ad bona sita extra territorium statuentiũ. idem tenent Cur.consi.108.colum.8.versi. præterea & 2.Bald.in l.si arrogator.col.pen. versi. & faciat ad plures q.ff.de adop.

9 Et pro hac opi.facit quod not.Bart.in d.l. cunctos populos.num.37.& seq.versi. interdum verò reperiuntur

statuta,

ſtatuta, quod habilitatio perſonæ facta per ſtatutum non operatur quoad bona ſita extra territorium. ſequitur Alex.conſ. 128.col. 2.vol.j.ergo ſimiliter inhabilitatio perſonæ operari non debet quoad bona exiſtentia
30 extra territoriorium. Et ſenſit etiam hoc Cor. in conſ. 241.col.2.uerſ.3.pro hoc facit. vol. 2. vbi dicit tale ſtatutum odioſum, & propterea non trahi extra territorium.idem tenet Cor.conſ.89.volum.3.Pariſ.conſ. 12. col.j.uol.2.& Cor. conſ. 85.num. 8. vol. 3. ubi dicit ꝙ ſtatutum habilitans perſonas nõ operaẽ quoad bona ſita extra territoriũ.& idẽ voluit Bru.ĩ trac ꝙ ſtãt. maſc. in 6.art.in j. q.in fi.& uoluit.Bald.in conſ. 119. vol.3.
31 Secvndò Limita, quando perſona prohibita mutaſſet domicilium ad locum,ubi tale ſtatutum non uigeret, & propterea ea mulier traducta ad domum viri, quia mutat domicilium, non remanet ſub prohibitione ſtatuti ſuæ originis,quo ad bona ſita in loco domicilij.ita dicebat Sal.in d.l.cunctos populos. col.8. verſ. ſi in perſona.& dicit ita conſuluiſſe,& eius conſilio ſubſcripſiſſe. Richar.de Sal.Io.de Lign. & iſtam limitationem refert,& non impugnat Alex. in d.conſ. 116.nu. 6.& conſ.41.col. 2.vol.2.

¶ Contrarium tenet Rom.in conſ.39.circa.fin.Iaſ. in l.cunctos populos.col.16.& in l.ſi arrogator.col.16. ff.de adopt.

32 Tertio Limita, quia tale ſtatutum non operatur quo ad ſorenſes ẽt ſi in loco ſtatuentib. ſubiecto contrahant,vel aliàs diſponant. Spec. in tit. de ſententia.§. qualiter.verſ.item pone ꝙ franchenſis. Bar. in l. cunctos populos.col. 9.verſ.& ideo dico.& Bal. ibi. col.8. verſ.nunc.contra.& col.9.in fi.uerſ.ulterius quæro circa.& 12.col.uerſ.circa iſtam inhabilitatem. Sal.col.5. uerſ.quęro quid.C.de ſumma Trin. Pet. de Anch.in c. 1.col.46.uerſ. ſecundo caſu, de conſt. Cor. conſ. 152. col.2.uerſ.confert ẽt. uol. j. Paul.de Caſtr.in conſ.32. col.j.uol. 2.Iaſ.conſ.59. uol. 3. Alex. conſ.44. col.j. & ſeq.uol.5.Soc.conſ.288.col.6.uerſ. primum probatur. Iaſ.in l.cunctos populos.col.9.uerſ.ſecus autem ſi ſtatutum.in repe.col.20.uerſ.limita tamen cõmunẽ. Cor. conſ.45.col.5.in fi.uol.j.& conſ.94.nu. 7.uol. 2. Soc. conſ. 128.col.j.& ſeq.uol.4.Io.Crot.in l.omnes populi.col.pe.ff.de iuſt.& iur. Tiraq.de ll.connu.fol.271. in 28.q.Caſſa.in conſ. 19.col.14. Caccia.in l. cunctos populos.col.4.uerſ. item dicit. Rui.in conſ. 120.col.fin.
* uol.j.& conſ.201.col. 1. ubi hanc dicit communem *
13 opi.uol.j.Prout etiam econuerſo, talia ſtatuta non operantur in fauorem forenſium. Pariſ. in conſ. 12.num. 24.uolum.3
14 Primò Amplia ut etiam quo ad bona ſita in territorio non operetur tale ſtatutum prohibitiuum reſpectu forenſium,ut dicit Pet.de Anch.in d.c.j.col.48.uerſic.ſecundo caſu.de conſt.Tiraq.de ll.connub.fol.271. in 28.q.Caſſa.in conſuetu.Burg.fol.168.col.1.Cur.in c.fi.col.225.de conſuet.Alex.in conſ.44. col. 3. uol.5. Caſſa.conſ.19.col.14.Rui.in conſ.192.col.8.uol.2. & conſi.194.col.2.uol.2.
15 Sublimita, quia inhabilitatio inducta per ſtatutum non ſimpliciter,ſed propter certam ſolemnitatem non ſeruatam,operatur etiam quo ad forenſem contrahentem in loco ſubiecto ſtatuentibus.Bal.in rep.l.fin.ff.de iur.om.iud.refert,& ſequitur Aret.in conſ.73.col.4.& conſ.54.col.2. ubi iſtam dicit ueriorem. Iaſ. in l. cunctos pop.col.9.uerſ. ſecundũ dubiũ. & in rep.col. 20. uerſ.ſecundum dubium.Corn.conſ.64. col. 1. in fin.& ſeq.vol.3.Io.Crot.in l.omnes populi.col.pen.ff.de iuſt. & iur.Rui.conſ.201.col.3. uol. 1. & colum.ſeq. Abb. cõſ.52.col.1.& ſeq.uol. 2. Iaſ.in cõſi.59. col.fi. vol.3. Goz.conſ.49.nu.15.& ſeq.Soc.in cõſ.97.col.2. vol.j.

56 Et pro iſta ſublimitatione facit,nam ſtatutum,ꝙ cõtractus, ſiue inſtrumenta infra certum tempus regiſtrentur,locum habet etiam quando contractus ſunt facti per forenſes in loco ſubdito ſtatuentibus. Abb. conſi.52.col. 2.uerſ.his non obſtantibus.vol.2. Corn. conſi.185.col.pen.vol.2.Imol.in c.quod clericis.col.2. de for.empt.
17 ¶Contrarium in hac ſublimitatione tenet Oldrad. conſ.248.col.1.in fi.Imol.in c.quod clericis.colum.2. verſ.ſi autem reſpiceret perſonam de fo.comp.
18 Concorda,quia prima opinio habet locum,quando ſtatutum non inhabilitat principaliter perſonam, ſed tantummodo actum ob non ſeruatam ſolemnitatem: ſecunda autem opinio habet locum, quando ex huiuſmodi prohibitione in conſequentiam comprehenderetur etiam perſona ipſius forenſis,vt per Iaſ.in cõſ. 58.& in conſ.59.col.fin.vol.3. Caccialup.in l.cunctos populos.nu.89.& ſeq.C.de ſumma Trin. Rui.in conſ. 39.num.16.uolum.1.
19 Secvndò Amplia,ut etiam idem ſit in legitimanda perſona inhabili de iure communi, quia talis habilitatio non extenditur ad forenſem.ita Bar.in l.1.ff.de tut. & curat.dat.ab his.uer.item no.ex hac l.Bal.ibi. col. 7. uerſ.circa quæ quæro, & in l.cunctos populos.col.9. uerſ.ſed circa hoc dubitatur.& ibi Saly.col. 9.verſ.quid ſi circa habilitatem.C.de ſum.Trin.Petr.de Anch.in c. 1.col.47.in fi.& ſeq.de conſt.Io. Crot.in l.omnes populi.char.pen.in fi.col.ff.de iuſt.& iur.
20 Primò Amplia, ut idem ſit ſi ſtatutum prouideat in totum illi, qui de iure communi ad partem tantum admittebatur,prout quando dicit ſtatutum,ut primogenitus in totum ſuccedat,ut per Abb.in c.quod clericis. colum. 5. uerſic. & ideo ſi ſtatutum laicorum. de for. compet.
21 Secvndò Amplia,quia etiam in ſubdito talis habilitatio non operatur extra territorium. ita Bart.in l. cunctos populos.col. 14.uerſ.interdum uero reperiuntur ſtatuta.refert,& ſequitur Alex. in conſ. 128.col.2. uerſ.ſiue dicamus.uol.1.
22 Qvartò Limita, quando perſona inhabilitaretur nõ ſimpliciter, ſed ne actum faceret ſine ſolemnitate:nam ualeret contractus abſque illa ſolemnitate,ſi cõtraheret quis extra territorum,dummodo non in fraudem.ita Aret.conſ.54.col.2.& in conſ.73.col.3.& ſeq. Corn.conſ.241.col.1.in fi.& ſeq. uol. 2. allegat conſilium Bal. cum ſubſcriptionibus illuſtrium Doct. Capra.conſ.144.col. 2. uſque in fi.Iaſ.conſ.50. col. 1. & ſeq.uol.3.& col.pen.in fi.& ſeq. Bal.in conſ. 418.vol. 4. Caccialup.in l.cunctos populos. col.52.& ſeq. Rui. in conſ.201.col.j.uol. j.Ruin.cõſ. 54. col.4.uol.2. Tiraq.de ll.connub.fol.269.
23 ¶ Contrarium uoluit Ruin.in conſ. 160. col. 1.& ſeq.uolum.
24 Sublimita,quando quis in fraudem exiret territoriũ Caccia.in d.l.cũctos pop.col. 51.uerſ.quãdo uero. C. de ſum.Tri.Et hæc ſunt,quæ ad primãpartem concluſionis pertinere uidentur.
25 Secvnda eſt concluſio, nã ſi ſtatutum contineat prohibitionem perſonæ odioſam,non autem fauorabilem,tunc non operatur extra territorium.ita Bar.in l. cunctos populos.col. 12.uerſ.aut ſtatutum continet.C. de ſumm.Trinit.& ibi Bal.col. 11. uerſ.ſed hic quæro de effectu.Cor.conſ. 115.col.j.uol.2. idem uoluit Bal. in l.2.in fi.uerſ.& ideo ſi conſuetudo. C.quæ ſit long. conſuet.Petr.de Anch.in c.1.col.31.uerſ. quid in ſucceſſione.& col.53.uerſic.quæro iuxta prædicta.ubi di-
* cit * communem,de conſti. Alex.conſ.16.col. 1.& ſequen. volum.j.ubi dicit iſtam communem opin. Paul

de

* de Cast. in cons. 52. col.j.vol.2.Ias.cons. 163.col. j.&
seq.vol.2.Corn.cons.89.vol.3.Card.cons.2. item præ
supposito.vbi dicit hoc esse indubitatum. Calca. cons.
37.de const.Corn.in cons.202. col. 4.vers.nec prædi-
ctis obstat.vol.2.in cons.85.col.4.vers.hinc dixit Bal.
vol.3. Dec. qui dicit istam partem cōem in cons.314.
in fi.decis.Neapol. 159.col. 1.in nou. Fel.in c.postula-
sti.col.2.de for.comp.Soc.cons.36.col.1.& 3.& vol.1.
Io.Ant.Alex.in cons.71.in fi.& cons.136.col.2.Signo
rol.Homod.cōs.166.qui plures voluit ꝙ si maior pars
sit in loco non subdito statuentibus, succedat quis tam
illis, quàm in alijs subiectis in territorio statuentium.
eandem.opin.sequuntur Abb. in c. postulasti. nu.j.de
for.com.Bru.qui dicit cōem in tract. ꝙ stant. masc.in
8.art.in 25.q.col.j.& fi.Paris.qui dicit communē opi.
cons.68.col.fi.uol.2.& consi.12.col.fi.vol.3.Rui.cons.
26 120.col.pen.in fi.vol.1. & cons.195. col. fi.vol. 2.&
consi.48.col.1.vol.3.Berous q. 117.Cor.cons. 94.nu.
9.vol.2.Card.in c.fi.de consue.qui loquitur quando fę
mina non subiacet statuentib.Bal.cons.131.col.1.vers.
nūc venio ad bona.vol.2. Paul.de Cast. cōs.32.uol.2.

27 ¶ Contrarium, ꝙ trahatur ad omnia bona ubicun-
que posita statutum inhabilitans aliquas personas sub
ditas ad successionem, tenet Io. Cald.cons.24.in tit.de
testam.maximè, ut dicitur ibi, si tam defunctus, quàm
persona exclusa esset subiecta statuentibus. Soc.in cōs.
288.col.6.in fi.vers.2.quia magister.in cons.36.col.4.
vol.1.Sal.in l.cunctos populos. col.7. uers.or.attende.
Georg.Nat.in c.quamuis.col.60. & seq.de pact.in 6.
& in tract.ꝙ stant.mascul.in 4.q.quartæ q.princip.Si-
gnorol.Homod.in cons.166.col.2.uers. item secunda
non placet.& col.3.ad longum.Curt.iun.tenet ꝙ statu
tum sit fauorabile, & propterea operetur ubique, in cōs.
9.Io.Ant.Alex.cons.16.col.fi.& cons.45.

28 Amplia primam opinionem communem, vt statutū
exclusiuum filiarum non operetur, nisi quo ad bona in
tra territorium statuentium subiecta: nam si testator fe
cerit testamentum filia præterita, licèt filia non possit
dicere testamentum nullum in loco, ubi viget tale sta-
tutum, tamen quo ad bona extra territorium existen-
tia, poterit dicere testamentum nullum. Brun.in tract.
ꝙ stant.masc.fol.52.aliàs in 10.art.in 4. q.in 1.mēbro
principali.

29 Primò Limita principaliter, quia etiam forensis su
biacet huic statuto odioso excludenti certas personas
à successione, quoad bona subiecta territorio statuen-
tium.ita Petr.de Anch.in c.1.col.47.vers. quæro iuxta
* prædicta de q.tali, de const.ubi dicit istam esse * com-
munem opinionem. & ita consultēdo tenuisse Bald.in
cons.suo.& sentit.Lap.in alleg.91.in 4.dubio.& istam
* dicit * cōem Alex.siue statutum loquatur in rem, siue
in personam, in cons.19. col.2. vers. non obstat.& col.
3.vol.6.& cons.111.nu.8.vol.7. Cur.cons.5.num.42.
vers.ad septimam respondetur.ubi dicit cōem istam.se
quitur Bru.in tract. quòd stant. masc.in 6. art.in 1.q.
col.8.in fi.& seq. Grat.cons. 21.col.fi. vol. 1. ubi dicit
istam esse communem opinionem.

30 Declara quia ista prima opinio proculdubio proce-
dit, quando forensis habebat incolatum in loco statuti.
ita Alex.cons.19.col.2. vol.6. Goza. consi.49.nu.13.
Paris.cons.12.col.2.vol.3. Grat.consi.21.col. fi.nol.j.

¶ Contrarium in hac limitatione sentit Bart.in d.
l.1.col.16.uers.sed posset dubitari.C.de sum.Trin.vbi
31 tenet ꝙ forenses non subditi consuetudini Anglica-
næ succedunt in bonis in Anglia existentibus, etiam
contra consuetudinem Anglicanam. & Abb. in c.qđ
clericis.nu.32.de for.comp.Anch.cons.169.in fi. Pau.
de Cast.cons.32.uol.2.Io.Cald.cons. 34.de test.Alex.
cons.44.vol.5. Barb.qui dicit communem opin.cons.
75.vol.3.Fel.in c.postulasti.col.2.de for. cōp. Io. Cic-
rier.de primog.in 2.lib.q.10.nu.8. Roc.in c.fi. colum.
255.de consuet.ubi dicit istàm communem.Paris.cōs.
12.col.2.uol.3.Io.Crot.in l.oēs populi. char. pen. co.
3.in fi.& seq.ff.de iust.& iur.Rui.cons.120.col.fi. vol.
1.& cons.201.in princ.vol.1.& cons.48. col.3. uol.3.
& cons.49.col. 2.eod.uol. Ias.cons. 80. col.pen. uol.3.
* Cor.cōs.94.nu.9.uol...vbi dicit * cōem opin. qui am-
pliat etiam si decedens sit subiectus statuentibus, & bo
na sint in territorio.

32 Secundò Limita, quando quis haberet maiorem par
tem bonorum in loco statuti, quia tale statutum ope-
ratur ēt quo ad bona alibi sita.Io.de Ana.cons.4. in 3.
dubio.Goz.cons.49.nu.2.Paris.cons.12.nu.15. uol. 2.

¶ Contrarium sentit Io. Crot. in l.omnes populi.
col.56.ff.de iust.& iur.in c. 2.§.statuto.col.2.in fin.&
seq.de const.in 6.

33 Tertiò Limita, quando statutum loquitur in rē.
Io.Crot.in l.omnes populi.col.57.ff.de iust.& iur.in c.
2.§.statuto.col.5.de const.in 6.Tiraq.de iur.primog.q.
45.num.4.& seq.

34 Quartò Limita, quia quo ad mobilia existentia
extra territorium, vt reportarentur ad locum territorij,
statutum operatur.Brun.in trac. quod stant.masc.in 8.
artic.in 2.quæst.

35 Quintò Limita, si statutum esset loci dominā-
tis, & bona essent in loco illi subiecto, vbi contrarium
statutum vigeret, vt per Brun.in 8.art. in 25.q. col.fin.

36 VI. Limita, si transtulisset domicilium in locum
superiorem, & bona essent in loco subiecto. Brun.in 8.
artic.in 25.q.in fi.

37 VII. Limita, quando statutum expresse exclude-
ret personam sibi subiectam à successione, ēt in bonis
existentibus in alieno territorio. Roc. in c. fi.in prin.
col.263.Rui.in cons.39.nu.16.vers.nec obstat. vol. 1.

38 VIII. Limita, quia in muliere nupta dēt attendi
in hoc casu domiciliū originis, nō aūt statutum domi-
cilij, & originis mariti, vt clarat Berous in q.109.

Tenendo secundam opin.

39 Primò Limita, quia statutū exclusiuū nō censet
prouidere forensi. Alex.cons.41.in fi. vol.7. Soc.cons.
128.col.1.& seq.vol.4.Brun.in tract.ꝙ stant. masc.in
6.art.in 1.q.col.1.Barba.cons.75.col.5.vol.3. Roc. in
c.fi.col.256.secundum paruam impressionem de con-
suet.Alex.cons.43.vol.5.Ioan.Cro.in l. omnes populi,
char.pen.col.fi.ff.de iust.& iur.

40 ¶ Contrarium, vt quo ad bona subiecta statuenti-
bus, statutum proficiat forensi, consuluit Alex. cons.
111.uolum.7.

41 Secundò Limita, si persona exclusa non subiaceret
statuentibus. Io. Calder.in cons. 44. in tit. de testam.
in additio.

CONCLVSIO XI.

Argumentum.

*Statutum vt primogenitus succedat in omnibus bo-
nis, an operetur in bonis etiam extra prouinciam
existentibus.*

1 EX prædictis decidi potest quæstio per antiquos di
sputata, num stante consuetudine in Anglia, qđ
primogenitus succedat in omnibus bonis, & decesse-
rit pater familias, qui habebat bona & in Anglia, & in
Italia, in qua patria omnes filij æqualiter admittuntur,
dubitatum fuit qualiter huic patrifamiliæ decedenti
succe-

ſuccedatur? & Bart.in d.l. cunctos populos. in 16. col.
verſ.ſed poſſet dubitari.C.de ſum.Trinit.diſtinguit plu
res caſus,ex cuius dictis eliciuntur plures concluſiones.
PRIMA CONCLVSIO eſt, quòd ſi conſuetu
do Angliæ,vt primogenitus ſuccedat,diſponit in rem,
vt puta bona decedentium deueniant ad primoge-
nitū,tūc ipſe cōcludit,vt quo ad bona ſita in Anglia ſit
ſeruanda conſuetudo Anglicana, quo vero ad bona ſi-
ta in Italia diſpoſitio iuris communis ſeruari debeat.
Quod procedit ſecundum eum etiam,ſi aliàs dece-
2 dens non ſit ſubiectus ſtatuentibus,& hoc etiam vide-
tur ſequi Cald.in conſ.17.Alex.conſ.44.vol.5. Anch.
conſ.163.col.1.Rui.conſ.49.col.2. in fi. & ſeq.& col.
4.volum.3.
Amplia,quia Io.Crot.in c.fi.§.ſtatuto,col.3.de con
3 ſti.in 6.tenet talem conſuetudinem ſeu ſtatutum in rē
ſcriptum operari etiam quo ad bona alibi ſita,quod ta
men prorſus repugnat intentioni Bar.& aliorum.
¶ Contrarium , vt non ſit differentia an diſpoſitio
4 loquatur in rem,vel in perſonam,voluit Socin.in conſ.
36.col.3.& ſeq.vol.1.Georg.Natt.in tract.de ſtatuto ,
 ſtant.maſc.in q.4.quartæ q.principalis, & in c.quā-
uis.col 60.& ſeq.de pac.in 6.Goza.qui dicit.ita * com
* muniter teneri in conſ.49.col.1.& ſeq.
SECVNDA Concluſio Bar.in loco ſupra allegato eſt
5 talis,vt ſi conſuetudo reſpſciat perſonam, & decedens
ſit ſtatuentibus ſubiectus,tunc ſimiliter quo ad bona ſi
ta in Anglia ſeruatur conſuetudo Anglica , quo vero
ad bona ſita in Italia ſeruatur diſpoſitio iuris cōis.quā
etiam opinionem ſequitur Bal.in d.l. cunctos populos
col. 10.in fi.verſ.venio ad ſecundum. Calder. conſ.17.
de conſtit.Anchar.in c.canonum ſtatuta.col. 49. verſ.
& per iſta ſoluitur quæſtio.de conſtitutio.Floria. in d.
l.cunctos populos.C.de ſum. Trinit. Corn. conſ.115.
col. 1.vol.2.Alex.conſ.128.col.2.vol.j.& conſ.44.col.
1.vol.5.Iaſ.conſ. 163.col.pen.vol.2. Soc.in conſ.288.
col. 1. & ſeq.ubi dicit * communem opi.& conſ. 292.
* col. 1.in fi.& ſeq.Roch.in c.fi.col.262 ſecundum par-
uā impreſſionem,de conſuet.Goz.cōſ.49 .col.2.& ſeq.
Iaſ.in l.re coniuncti.in pe.char. in 2. col. verſ.decimus
caſus eſt.ff.de leg.3.Anch.cōſ.163.col.1.Signoro.Ho
mod.conſ.166.col.3.verſ.ſed circa præmiſſa, ubi dicit,
6 duo concurrere debent,& is,qui ſuccedere vult,ſit ſu
biectus ſtatuentibus,& etiam decedens, de cuius bo
nis agitur,ſit ſtatuentibus ſubiectus.Paul.de Caſt.in l.
nutritoribus. C.cōia de ſucceſſ. Rui.in conſ. 195.col.
pen.vol.2.& conſ.48.col.1.vol.3.Bero.q.117. Tiraq.
de iur.primog.q.45 .num.4.& ſeq.glo.conſuet.Turon.
fol.88.colum.3.
¶ Contrarium , vt talis conſuetudo operetur etiam
7 in alijs bonis ubicunque exiſtentibus,tenuit Saly.in l.
cunctos populos. col. 6.in fin. & ſeq. de ſum. Trinit.
Calca.conſ.33.col.9.Soc.in conſ.36.col.3.&ſeq.vol.j.
Tenendo primam opi.magis * communem.
* PRIMÒ Limita,illam non habere locum niſi quā
8 do decedens erat ſubditus & bona erant in territorio
ſtatuentium,& non aliàs, Rui.in conſ.39.nu.16.verſ.
nec obſtat.vol.1.
9 SECVNDÒ Limita,vt illa procedat tantummodo quo
ad bona immobilia, non autem quoad iura , & actio-
nes. Berous.q.109.nu.4.
10 Infertur igitur ex prædictis ad q. de qua per Lap.in
allegatione ſua 91.qui tenet,quòd conſuetudo Angli-
cana,vt marito moriente ſuccedat vxor in 3. parte bo-
norum,non operatur quo ad bona exiſtentia extra ter-
ritorium Anglicanum.refert,& ſequitur Iaſ.conſ.163.
col.pen.uol.2.& ponit Card.in c.fi.in fi.de conſuet. &
idem tenent Roch.in c.fi.col.262.de conſuetu.Io.An.
in addit.ad Spec.in tit.de inſtru.edit.§. compendioſæ.
uerſ.quid ſi de conſuetudine.Petr.de Anch.conſ. 163.
col. 1. Signorol. Homod. conſ. 166. col.2. verſ.& pro
hoc determinatur.
11 TERTIA Concluſio. Bar.in loco præallegato eſt,
vt ſtatutum uel conſuetudo diſponens in perſonam,
non comprehendat non ſubditum ſtatuentib. etiā quo
ad bona exiſtentia in territorio ſtatuentium, quem ſe-
quitur Cald.conſ.17.de conſtitut.Imol.in c.quod cleri
cis.col.2.verſ.ſi autem reſpiceret perſonam.de for.cōp.
Soc.conſ.288 & conſ.292.col.6.Alex.conſ.44.col.1.
uol.5. Rui.conſi. 195.col.2.vol.2.& col. fi.& conſ.49.
12 col.2. in fi.& ſeq.vol.3.Signo.Homod.conſ.166.col.
3.qui intelligit,quando non deceſſit in loco ſtatuenti-
bus ſubiecto.is , de cuius ſucceſſione agitur,ſecus vero
ſi in loco deceſſerit ſtatuentibus ſubiecto.
13 Limita,ſecundum Calca. conſ.33. nu.12. verſ.non
obſtat dictio,quando conſuetudo non reſpiceret perſo
nas,ſed locum,vel indefinitè loqueretur, ut ibi per eū.

CONCLVSIO X.

ARGVMENTVM.

*Papa ſi omnia ſtatuta præter ea,quæ ſunt contra li-
bertatem eccleſiæ confirmet,an omnia aliæ inualida,et
iniuſta cenſeatur confirmaſſe.*

1 FVIT dictum Bald. in c. 1. in princip.in titu.per
quos fiat inueſt. ſi Papa in confirmatione exci
piat ſtatuta contra libertatem eccleſiæ , omnia ſtatuta
aliàs iniuſta, & inualida cenſentur confirmata. & iſtā
opinionem affirmatiuam ſequitur Cor.in conſ.9.col.
fi. vol.3. & conſ.52.col.fi.vol.4.Iaſ.in l.fin.in fin.ff.
quiſque iur.Caſſa.in conſ.3.Rui.in conſ. 104.uol.3.&
conſ.100.col.6.uol.3.& conſ. 143.col.4.vol.3.& conſ.
60.col.3.vol. 4.
2 Et pro iſta opinio. facit text.in c. qui ad agendum.
§.1.& ibi Domin.& alij communiter not.de procurat.
in 6.vbi licèt aliàs procurator generalis non poſſit exer
cere ea,quæ requirunt ſpeciale mandatum , tamen ſi in
mandato exprimatur aliquid requirens ſpeciale manda
tum,clauſula generalis poſtmodum oppoſita operatur,
ut ſint permiſſa omnia ſpeciale mandatum requiren-
tia.idem ponit Dec.in l.1.col.pen. ff.de reg.iur. Fel.ex
mente Rot. in c. ſuper literis. col.7.de reſ. Rui.conſ.
100.col.3.uol.1.Maria.iun.in conſ.50.nu.12.uol.2.Ti
raq.de retract.lignag.in fi.nu.95.
3 Declara hanc partem,quia ſi ciuitas confirmat om-
nia ſtatuta alicuius loci ſibi ſubditi,præterquàm ſtatu-
ta contraria ſtatutis ciuitatis confirmantis, non intelli-
guntur confirmata ſtatuta contraria , quæ etiam non
tendunt in præiudicium illius ciuitatis Pau.de Caſt.in
conſ. 129.uol.1.ſequitur Aimo in conſ.3.nu.17.
4 ¶ Contrarium in principali concluſione, talis
exceptio non confirmet ſtatuta aliàs iniuſta,tenet Are
tin.in conſ.8.& in l. Seruius. ff. de acq.poſſ. Alex.in
cōſ.18.col.fi.vol.6.Io.Ant.Alex,in conſ.50.colum.fi.
Aret.& Claud.in l. legata inutiliter. ff. de adimen. le-
gat.Alex.in conſ.38. col.pen.vol.4. Fel. in c. ex parte.
col.21.de reſt. Pariſ.conſ.19. col. 1. uol. 1.& conſ.33.
col.9.vol. 3.Rui.conſ.127.col. 2. uol. 4. & iſta opinio
verior de iure uidetur.
5 Pro qua facit , nam exceptio non facit, vt generalis
diſpoſitio comprehendat ea,quę aliàs non comprehē-
derentur non appoſita exceptione,vt tradit Alex.in cō
ſil.39.col.pen.uol.4.& conſ.18.num.9.uol.6. Bert.in
conſ.86.uol.3. Grat.in conſ. 33. col.1.uol.1.& conſ
114.col.

114.col.fi.eo.vol.Rui.conſ.103.uo.3.col.9.latè cõprobat hanc partem Cagnol.in l.1.nu.29.& pluribus ſeq. ff.de reg.iur.Hinc eſt, vt per talem exceptionem non veniant ſtatuta annullantia iuramentum,vt per Rui.in conſ.60.col.6.vol.5.

CONCLVSIO XI.

Argvmentvm.

Statutum, vt creditor non petat debitum vltra certum tempus, an operetur ſtante iuramento in contractu.

1 Tenent communiter Doctores, q̄ ſtatutum, vt ſi creditor non petierit quod ſibi debetur infra certum tempus,excludatur a ſuo credito,non habere locum in debito iurato,ſecundum Ang. & Rom. & Iaſ. in l.nam & poſtea.§.ſi is qui temporali.ff.de iur.iur.per illum tex.& Roma.in l.naturaliter.col. 1. ff. de vſucap. & Cepoll.caut.20.Fel.in c.fin.col.3.de præſ. Iaſ.in addit.ad Chriſtop. Porc. inſt.de vſuca. Hippol.in ſingu. 141.deciſ.Tholoſ.& ibi apoſtilla.220. Grat. in conſ. 41.col.2.vol.1.Boer.deciſ.328.

2 Amplia,quia iſtud ſtatutum non habet locum in creditore ex quaſi contractu, neque in creditore ex delicto vel quaſi.Bar.in l.apud Iulianum.§.fin.ff.ex quibus cauſ.in poſſ.eat. Alex.poſt Ang.in l.mutum §.1. ff.de acquir.hæred & in l.more.ff.eo.tit.Iaſ.in §.1.nu.34.Inſti.de actio.

3 Hinc dubitant Doct.an iſtud ſtatutum procedat iã in iuramento promiſſorio,quam in aſſertorio, & deciſorio:& certè ſi conſideramus rationem,per quam mouentur Doctores,in l.nam & poſtea.§.ſi is qui temporali.ff. de iur.iur. ad fundandam iſtam concluſionem, quæ eſt,nam ideo ſtatutum non habet locum in debito iurato,quia iuramentum habet vim litis conteſtationis,vt probatur per illum tex.quæ litis conteſtatio perpetuat actionem : quæ quidem ratio procedit tantum in deciſorio,vt dicitur in d.§.ſi is qui temporali. & in aſſertorio,vt dicit Imol.in d.l.naturaliter.col.fi.ff.de vſucap.& Lancell. Dec.in l.2.ff.de iur iur.

4 Et hoc nota, quia in omnibus contractibus hodie ferè apponitur iuramentum aſſertorium, videlicet, & prædictæ partes iurauerunt prædicta omnia uera eſſe, prout inquit Alex.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.col.2.verſ.5.limita.ff.ſol.matr. Gomeſ.in §. item ſi quis poſtulante.col.4.inſt.de act.Rui.conſ.150.col. 2.vol.4.Cland.in l.naturaliter.col.9.de vſucap. non autem procedit in iuramento promiſſorio, vt per Doct. allegatos.

5 ¶ Contrarium puto verius, quia non modo Doctores ſupra allegati tenentes iſtam concluſionem loqui videntur in deciſorio iuramento,ſed etiam in promiſſorio, non ſolum enim ſe fundant, quia iuramentum habet vim litis conteſtationis,ſed etiam mouentur alia
6 ratione, videlicet, quia diſpoſitio ſimpliciter loquens non cenſetur diſponere in materia iurata,niſi de iuramento fiat expreſſa mentio, vt dicit glo.fin.in ca. cum non deceat.de electio.in 6.Fulg.in conſ.219.incip. viſis.col.pen.& conſ.156.Petr.de Anch.in conſ.226.col. j.Alex.in conſ.100.in 4.vol.col.j.& conſ.37.in 4. uol.
* in 7.col.& conſ.38.in 3. col.in 3.vol.ubi dicit * communem opin.& conſ.125.incip.uiſis.eo uol. Dec.in l. pacti nouiſſima.C.de pact.col. 2.& in l. de alimentis. colum 3.de tranſ. Hippol. in ſing. 515. & conſ. 107. nu. 11. Corn.in conſ. 36.in 2.col.in fin.vol. 1.Alex.in conſ.205.colum.fin.uolum.2. & in conſ.137. in 2.& pen.volum. 6. & in conſ.62. in fin.uolum.7. Socyn.in conſ.239.colum.4.Deciſ.Neapol. 111.in antiq. Iaſ.in cõſ. 173.col.pen.vol.4. Alex.in conſ.27.col.3.& ſeq. uol. 1.qui optime loquitur in propoſito.& in conſ. 37. col.7.uol. 2.Franc.Curt.in conſ. 98. quæ ratio militat etiam in iuramento promiſſorio. & per iſtam rationẽ mouetur Corn.in conſ.328.col.3.uol.1.& conſ.180. col. 1.in fi.uol.3.ad dicendũ, q̄ ſtatutum inducẽs præſcriptionẽ debiti nõ hẽt locũ in debito iurato. idẽ tenẽt.Balb.in tract. præſcr.in 3. par.col. 53. & in 6.par. col.51.quæ eſt pen.col.totius tract.Marc.Ant.Boer.in tract.de iur.iur.col.8.& iſtud in ſimili. conſiderat De-
7 ciſ. Neapol.5. in antiq.ubi ſaluus conductus etiam generaliter conceſſus non proficit in debito iurato.

8 Nec dicatur,q̄ confirmatio Apoſtolica operetur,vt etiam obligatio iurata ſubiaceat ſtatuto, cum ſtatutum a Papa confirmatum,dicatur ſtatutum Papale, vt not. Alex.in conſ.121.col.6.verſ.& ſi quiſpiam.vol.4.Barba.in conſ.27.num.23.vol.2.& in c.paſtoralis. §. præterea.de offi.deleg.nu. 37. Afflict.in prælud. conſtit.q. 3.nu.4.Rebuff.in cõcord.in Rub.de form.mãd.Apoſt. in uerſ. confirmatione. Boer. deciſ.225. col. 3. uerſ.& hæc faciunt.quia reſpondetur, q̄ confirmatio præſupponit ſtatutum,quod cum non loquatur in iuramẽto, merito diſpoſitio ſtatuti per confirmationem non extẽditur,ut per Alex.in conſ.137.uol.6. & conſ.122. uol. 4.Corn.qui loquitur in terminis in conſ.224. uolum. 3.Franc.Curt.in conſ.67.Ruin.in conſ.41.col. 2.& cõſil.48.colum.fin.uolum.1.& latè tradit Berous quæſt. 50.num. 2.& ſeq.

¶ Contra iſtam conclu.tenet.Guid.Pap.q.199. Tenendo primam opin.

9 Limita, vt iuramentum non excludat præſcriptionem temporis immemorabilis,Maria.iun.in conſ. 54. nu.4.& ſeq.uolum.j.

10 Amplia,nam idem eſt in præſcriptione ultra quadraginta annos.Maria.iun.in conſ. 145.num.63. uol.j.

11 Declara tamen, quia ſtatutum noſtrum in reformationibus Alexandri uidetur loqui in debito prouenientc ex inſtrumento, & tamen illo tempore clarum erat,q̄ omnia inſtrumenta conficiebantur cum inſertione iuramenti:& ſic uidentur implicitè etiam ſtatuentes diſponere in debito iurato, cum loquantur in debito proueniente ex inſtrumento.

12 Præterea ſtatutum urbis infringit probationem, & ſic iuramentum in caſu noſtri ſtatuti non poteſt probari,ut per Soc.in conſ.231.col.pe.Cor.in conſ. 121. col.pen.uol. 2.Corn.in conſ.64.col.fi. uol.3. Socin.in conſ.97.col.fi. Cagnol.in l. ſi liberarius.num.43. ff.de reg.iur.Ruin.conſ.55.col. fi.uol.5.nam communis eſt Doct.opinio,vt ſolemnitas probatoria a ſtatuto inducta iuramento ſuppleri non poſſit,ut tradit Bart.in l.ſi quis pro eo.nu.13.ff.de fideiuſſ.Abb.in c.cum contingat.nu.24.& ibi Imol.nu.70.in 6.caſu, & Alciat.nu.
* 151.ubi dicit hanc eſſe * communem opi. de iureiur. Bald.in conſ.414.uerſ. ubi eſt data.uol.3. Alex. in cõſ. 95.in fi.uol. 1.Soc.in conſ.97.in fi.uol.1.Goza.in cõſ. 16.nu.14.Rui.in conſ.201.col.fin.uol.1.& in conſ.9. nu.12.vol.3.& ideo ſtatutum noſtrum etiam ad debitum iuratum debet extendi.& iſta erit alia limitatio ad principalem concluſionem, ut illa non habeat locum in ſtatuto urbis.

13 Et nota, quia ut generalis confirmatio operetur circa ſtatutum,quod infringit iuramentum,neceſſe eſt,ut ſit facta,ex certa ſcientia,ut not. Alex. in conſ. 18.uol. 4.col.pe.& conſ.18.nu.7.uol.6.Grat.conſ.84.uol j.& conſ.75.colum.2.uolum.2.

CON-

CONCLVSIO XII.

ARGVMENTVM.

Statutum contra iuris regulas inducens aliquid contra promissorem an habeat locum in eius hæredem.

1 STATVTVM aliquid de nouo inducens contra regulas iuris contra promissorem, vel scribentem, non habet locum in hærede promissoris, vel scribentis ita Ang. in l. postulante. ff. ad Trebell. Soc. in cons. 120. col. 10. vers. 4. principaliter, & in cons. 293. col. pen. versic. in contrarium tamen facit. & cons. 231. col. 9. vers. confirmatur hoc de iure. & in cons. 24. col. 1. vers. in cõtrarium tamẽ facit. vol. 3. & in l. qui Romę. §. Augerius. in 3. nota ff. de verb. oblig. Soc. in cons. 88. col. fi. in fin. vers. primo quia statutum. vol. 4. Dec. in l. hæredem. ff. de reg. iur. Benedic. de Barz. in tract. guarent. in 9. q. primæ partis. Calcan. in cons. 18. col. 3. vers. 12. hoc etiam. & hanc partem sensit Fulgos. in cons. 179. col. 1. & illã tenet expresse Brun. in tract. de constit. vol. 3. in 9. q. dum tractat de effectu guarentigiæ. Fely. in c. quia gu. col. 1. de iud. c. Ruin. cons. 143. col. 4. vol. 5.

¶ Contrarium tenet Pau. de Cast. in d. l. postulante, & ibi Imol. circa fin. ff. ad Trebell. Alex. in cons. 18. colum. fin. volum. 5. vbi allegat quædam, quæ non
2 ad rem faciunt, quia tantum uerificant, quod instrumentũ habet executionem paratam contra hæredem: sed non loquuntur, quando statutum dat ex priuilegio uiam executiuam contra scribentem, quia tunc virtualiter attenta dispositione iuris cõis, secundum quam reputatur eadem persona cum defuncto, scriptura ab ipso hærede censetur scripta. & ideo dubitatur an idem sit in statuto, ex quo illud inductum est per fictionem, & ista potest esse ratio, cur magis afficiat scriptura scribentem, quàm hæredem eius. Sed idem uoluit Alex. in cõs. 118. col. fin. vol. 6. Gomes. in §. actiones. col. 2. inst. de act. Ias. idem tenet in l. si cui legetur. §. si Titio. in 3. no. ff. de lega. 1. Istam etiam opin. videtur sequi. Ioan. de Ana. in c. Michael. colum. 1. de vsur. dum se remittit ad Imol. in d. l. postulante, vbi tenet contra Ang. ibi. & idẽ sentit Bal. in cons. 70. vers. respondetur. vol. 1. idem voluit. Iaco. de S. Georg. in l. 1. in fi. princip. ff. si cert. pet. Ias. in l. cum filiusfa. col. 4. in fi. ff. de uerb. oblig. Rui. cõsil. 58. nu. 6. vol. 5. Boer. decis. 221.

Tenendo istam vltimam partem.

3 PRIMÒ Limita in hærede cum beneficio inuentarij, qui vigore dicti statuti capi nõ posset. Bero. q. 57.

4 SECVNDÒ Limita, quia tale statutum non habet locum contra patrem etiam eo casu, quo pater pro filio teneretur, vt declarat Soc. in l. cum filiusfam. ff. de verb. oblig.

De consuetudine.

CONCLVSIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

Ex consuetudine interpretatur Contractus.

1 GENERALIS est illa conclusio, vt contractus recipiat interpretationem à consuetudine l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edic. l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. quam conclusionem tenet glo. in l. si fundus. §. in commissoria. ff. de leg. comm. Io. Andr. in reg. quod facit. circa fin. de reg. iur. in sexto. in mercurialibus. & hoc voluit. Bart. in l. nemo. ff. de duobus reis. in 1. col. circa. fi. & in l. domini prædiorum. C. de agric. & cens. lib. 11. in l. Paulus in prin. ff. de sol. in l. semper. in stipulationibus. ff. de reg. iur. in l. impensæ. ff. de impẽs. in reb. dot. fact. in l. ex ea parte. ff. de verb. obl. in l. cum plures. in fin. ff. locat. Bald. in l. libertæ. C. de oper. liber. col. 4. vers. circa prædicta. in c. cum M. col. 3. vers. & not. argumentum. de const. & in l. 1. col. 3. vers. in contractib. quatuor considerantur. C. de fruct. & lit. expen. in l. 1. C. si ob publi. pens. col. 2. vers. sed pone. in l. si certis annis. col. 3. vers. credo autem. C. de pact. Bal. in l. 1. in 2. col. in 2. q. C. pro soc. in l. incendium. circa fi. C. si cert. pet. in l. instrumenta. in 1. col. in fi. vers. quaero quidam. C. de fideicom. in l. cum de consuetudine. in princ. ff. de ll. in l. si post. in §. si creditor. ff. de pign. act. & in addit. Spec. in tit. de loc. col. 3. vers. item & in tertiam generationem. in l. fideicommissa. §. si seruo. ff. de leg. tertio. in rub. C. de exercit. circa finẽ. & in rub. de cõsuet. col. 1. in fi. idem voluit. Salyc. & in l. excepto. C. locat. Abb. in c. cum M. col. 2. vers. not. ibi sicut consueuit de constit. & in cons. 74. ad fi. uol. 1. & cons. 16. col. 2. in fi. vol. 1. Imol. in c. potuit. de loc. Ang. in §. emphyteosim. in authen. de non alien. & cons. 85. col. 2. & cons. 184. col. 1. circa fi. Alex. in cons. 107. col. pen. uol. 2. Barba. in c. cum M. col. 45. de consti. in c. quod translationem. col. 5. de off. leg. in cons. 14. col. pen. in fi. uol. 2. & cons. 51. col. 3. uol. 2. Fel. in c. cum M. col. 2. de constit. Ias. in l. ut liberis. col. 3. C. de collat. & seq. in l. certi condictio. §. si nummos. col 3. & seq. ff si cert. pet. in l. diem functo. col. 3. ff. de offi. assesso. Brun. in tract. quod stant. masc. in 5. artic. in 11. q. col. 5. & seq. Rom. in cons. 114. col. 2. Andr. de Iser. in c. 1. col. 2. ex qui. caus. feud. amitt. Aret. in cons. 11. col. fin. Roma. cons. 94. col. fin. Guald. loco. 22. Gomes. in c. 1. char. 21. de constitutio. in sexto. Zas. in cons. 17. uol. 1. Cassan. in consuetud. Burgun. fol. 208. col. 4. & seq. & fol. 336. col. 2. Ias. cõs. 20. col. pen. vol. 1. Hippol. in sing. 425. & sing. 495. Bertrand. cons. 126. uol. 1. & cons. 138. col. 5. in fi. & cons. 177. col. 2. vol. 1. Hispan. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 6. nu. 4. & seq. & multa congerit Io. Nicol. in l. generaliter. nu. 61. & seq. C. de sec. nup. Tiraq. de retrac. lignag. §. in gl. 18. nu. 73. Ruin. cons. 74. col. 1. uol. j. & cons. 104. col. 1. in fi. & seq. uol. 5.

2 PRIMÒ Infertur ex hac conclusione, vt in contractu emptionis & venditionis debeat attendi consuetudo. l. si fundus. ff. de euictio. Bart. in l. ex ea parte. ff. de uerb. oblig. Bar. Paul. & alij in l. cunctos populos. C. de summi. Trinit. Bal. in l. instrumenta. C de probat.

3 Amplia, ut idem dicendum sit in venditione gabellarum. Bart. in l. 1. C. de pasc. pub. vel priu. lib. j. Bertach. in tract. de gab. in 3. q. secundæ partis. Ruin. in cons. 74. colum. 1. uolum. 1.

4 SECVNDÒ Infertur, ut in locatione, & conductione sit inspicienda consuetudo. tex. in l. excepto. ubi. Bal.
* Sal. & * communiter alij, C. locat. Bart. in l. penul. ff. de impens. in reb. dot. fact. Soc. in cons. 99. col. 2. uolum. j. Alex. cons. 107. col. pen. uol. 2.

5 Amplia, vt hoc procedat etiam in locatione operarum. Bartol. in l. 1. §. ludi quoque, ff. de uar. & extraordi. cogni.

6 TERTIÒ Infertur, ut idem dicendum sit in contractu societatis. Bal. in l. j. col. 2. C. pro soc. Petr. de Vbal. in tract. de duob. fratr. in 6. par.

7 QVARTÒ Infertur, ut consuetudo etiam in stipulatione debeat attendi. l. semper in stipulationibus. ubi latè Dec. & Cagnol. post alios, ff. de reg. iur.

8 V. Infertur, nam etiam donatio recipit interpretationem

tionem a consuetudine. Hispa. in rub. de donat.' inter vir. & vxor. in §.6.nu.2.& seq. Io a .Nicol. in l. generaliter. nu.69. C. de sec. nup. Bert. cons. 290. nu. 13. vol. 3.

9 VI. Infertur, vt & in concessione emphyteosis attendamus consuetudinem, vt voluerunt Bald. in l. si certis annis. col. 3. C. de pact. Abb. in cons. 74. col. fi. uol. j. Ang. in cons. 184. col. 1. Ias. in l. si certi condictio. §. si nummos. num. 16. ff. si cert. pet. Zas. in cons. 17. nu. 19. uol. 1. Hippol. in singu. 425. & sing. 495. Brun. in tract. ꝙ stant. masc. in 5. art. in 11. quæst. col. 6. Paris. cons. 13. col. 3. uol. 1. Rui. cons. 160. nu. 12. & seq. volum. 1.

Amplia, quia idem est in emphyteosi ecclesiæ, ut tradit Alex. in cõs. 124. col. 2. uol. 5. Dec. in l. semper in stipulationibus. nu. 8. ff. de reg. iur.

10 VII. Infertur, vt idem dicendum sit in concessione feudi. Brun. in tract. ꝙ stant. masc. in 5. art. in 11. q. col. 6. Lofred. cons. 1. nu. 118. glo. consuet. Biturig. fol. mihi. 33. col. 2. & seq. & fol. 35. col. 1. & seq. fol. 41. col. 4. Paris. cons. 15. col. 2. & seq. vol. 1. & cons. 21. colum. 6. volum. 1.

11 Amplia, quia etiam in præstatione iuramenti fidelitatis inspicitur consuetudo, ut per Andr. de Isern. in c. 1. §. inuestitura. ubi etiam Afflict. nu. 17. & seq. de nou. for. fidel. Bertrand. in cons. 219. num. 4. & in cons. 225. colum. 3. volum. 3.

12 VIII. Infertur, quia etiam in matrimonio consuetudinem sequi debemus, vt nor. Ioan. And. Abb. Anch. & alij, in c. 1. de sponsa. & tradit Cassa. in cõs. 1. in prin. & in cons. 7. col. 1.

13 Amplia, quia etiam in restitutione dotis seruanda est consuetudo. gl. Bal. & communiter alij, in l. non solum. ff. de iur. dot.

14 VIIII. Infertur, vt etiam in fideiussore præstito in causa criminali seruanda sit consuetudo, Aug. Arim. in additio. ad Ang. Aret. in tract. male. in verbo, pro quibus. &c. circa princ. Fel. in c. contingit. col. 2. de sent. excommunic.

15 Amplia, quia idem est in qualibet fideiussione, ut est tex. in §. fi. & ibi not. in Iit. de satisd. Ange. in l. 1. §. stipulatio duplæ. ff. de prætor. stipulatio.

16 X. Infertur, vt in solutione decimarum debeamus sequi cõsuetudinem. Io. And. in c. fi. circa fi. de paroch. Roch. in tract. de consuetud. nu. 94. & nu. 260. Balb. in
* tract. de præscript. par. 5. q. 5. ubi dicit * communem opinionem.

17 Primò Amplia, idem esse in solutione gabellarũ, l. fi. §. diui. ff. de publi. Bal. in l. 3. col. 2. C. de naut. fœno. Ias. in cons. 20. col. 3. uers. 6. facit, vol. 1. & idem uoluit. Bald. in l. ex præstatione. C. de vectig. & commiss. Rui. in cons. 202. in fi. vol. 2.

18 Secundò Amplia idem esse in solutione monetę, in qua attenditur consuetudo. Bart. Dec. & alij, in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Bar. & communiter alij in l. Paulus. in princ. ff. de solutio.

19 XI. Infertur, vt in alienatione pignorum debeamus sequi consuetudinem. glo. in l. fi. in verbo, recuperare. in §. sin autem tempore. ubi Bald. & Sal. C. de iure dom. impetr.

20 XII. Infertur, vt etiam in euictione consuetudo attendi debeat, l. quòd si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edic. l. si pignore. §. si creditor. ubi Bal. ff. de pign. actio. l. si stipulatus. in princ. ff. de vsur. & ibi Bar. & in l. 1. ff. de euictio.

21 XIII. Infertur, vt ista regula habeat locum etiam in mandato, & ideo uidemus quòd procurator destinatus ad uendendum potest omnia facere, quæ de consuetudine in contractu emptionis, & venditionis interuenire solent, ut tenent Bart. in l. si procurator. de iur. fisc. in l. si fraudator. ff. quæ in fraud. cred. Ang. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præs. Pau. de Cast. in l. 2. ff. de iur. om. iud. Rom. in d. cons. 114. colum. 2. & seq. Fely. in c. cum M. colum. 2. de constit. in cap. ex litteris. colum. 5. & sequen. de fide. instru. Ias. in l. ut liberis. colum. 3. & sequen. C. de coll. & in l. j. §. procurator. ff. si quis ius dic. non obtemp. colum. fin. Aret. in consi. 11. colum. fin. Bald. in l. bene à Zenone. col. 1. in fin. C. de quadr. præs. Ang. in l. si quis prohibuit. in princip. ff. de publ. Affl. sup. const. rubr. de defens. impos. num. 11. Ruin. cons. 108. colum. 5. uolum. 4. Tiraquel. de constit. in 3. par. in 13. limi. num. 8. Io. Nicol. in l. generaliter. nu. 82. C. de sec. nup.

22 Primò Amplia, vt procurator etiam iurare possit super obseruantia contractus, quando ita consueuit iurari, ut voluit Alex. in apost. ad Bar. l. solutam. §. fi. ff. de pign. act. & Rui. cons. 66. col. 2. uol. 4.

23 Secundò Amplia, ut procurator deputatus ad fideiubendum possit renunciare omnibus legibus, introductis in fauorem fideiussorem, prout est consuetum. Ias. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. pet. num. 13. & seq. Io. Nico. in l. generaliter. num. 67. C. de secundis nup.

24 Tertiò Amplia, ut procurator constitutus ad recipiendum pecuniam mutuo, possit illam accipere etiã sub. cambijs, & recambijs, quando ita erat mos illius ciuitatis, ut per Rom. cons. 94. in fin. & cons. 114. col. 2. in fi. & in l. 3. §. iuraui. ff. de iur. iur. Barb. in ca. cum M. Ferrar. colum. 46. & ibi Fel. colum. 2. de const. Ias. in l. certi condictio. §. si nummos. col. 3. ff. si cert. pet. & in l. ut liberis. col. 3. C. de collat. Ruin. cons. 93. col. 2. volumine quinto.

25 Hinc est, vt sicuti procurator generaliter constitutus potest ea omnia facere, quæ sunt secundum consuetudinem illius regionis, ut per Curt. iun. in l. diligenter. col. fi. ff. mandati. ita etiam ille qui simpliciter est consti-
26 tutus procurator ad aliquid faciendum, non potest aliquid facere contra consuetudinem illius ciuitatis Bar. in l. 1. C. de pasc. publ. lib. 10. Barb. in c. cum M. Ferrar. col. 46. de constit.

27 V. Amplia, ut in mandato generali ueniat illud quod solitus est dominus facere, licet aliàs non ueniret. ita Bar. in l. solutam. §. fin. & ibi Alex. in apost. ff. de pginor. act.

28 Ex quo infert ibi Alex. in d. §. fin. quòd procurator potest etiam donare, quando dominus hoc erat solitus facere. & idem dicit Bald. in cons. 138. vol. 5. & idem dicit Rom. in sing. 9.

¶ Contrarium tenet glo. in cap. 2. in verbo, non debet. de donat.

29 XIIII. Infertur, ut consuetudo inspici debeat ad hoc, vt contractus censeri debeat usurarius uel ne. ut tenet Bar. in l. quis sit fugitiuus. §. apud. Labeonem. ff. de ædil. edic. Oldrad. in cons. 107. circa fin. Bal. in l. unica, in 3. q. C. de his quæ pœn. no. sequitur Ias. in 1. colum. antep. in 4. quęst. C. de summ. Trinit. Abb. in cons. 15. col. 1. uol. 1. Dec. in cons. 170. col. pen. Aim. in cons. 6. nu. 103. & in cons. 145. nu. 12.

30 Primò Amplia, quia idem est an quis reputandus sit vsurarius, Io. And. in cap. quanquam. de vsur. in nouel. Paul. de Cast. & Saly. in l. 1. in fin. C. de proba. Roch. in tract. de consuetu. num. 129. Ioan. Nico. in l. generaliter. num. 8. C. de sec. nupt.

31 Secundò Amplia, nam etiam in solutione usurarum consuetudo est attendenda. Alex. in cons. 8. uolum. 6. Roch. de consuet. num. 88. & nu. 118.

32 Amplia istam ampliationem, ut etiam usuræ usurarum solutio à consuetudine interpretationem recipiat.

cipiat. ita Alex. in conf. 107. num. 18. volum. 2.

33 PRIMÒ Amplia principalem conclusionem, vt etiamsi in concessione non sit facta mentio de mero, & mixto imperio, nihilominus si talis erat consuetudo censetur etiam cõcessum merum, & mixtum imperiũ, vt not. Rom. cons. 59. col. 2. in princ. Ias. in l. vt liberis col. 3. C. de collatio. Io. Nicol. in l. generaliter. num. 66. C. de sec. nupt.

34 PRIMÒ Amplia istam ampliationem, vt etiam in concessione veniat passagium solitum exigi, vt per Bal. in rubr. ff. de rer. diuis. col. 5. vers. sed hic quæritur. Hispan. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 1. num. 14. vers. ex istis infertur.

35 SECVNDÒ Amplia, vt in concessione veniant etiam regalia si solita sint venire. Abb. in c. cũ M. Ferrar. de constit. Alex. in cons. 89. vol. 3. Barbat. in c. quòd translatinnem. de offic. leg. Afflict. super constitu. sub rubrica, quòd nullus prælatus. nu. 26. Secus autem quando regalia non essent solita venire, vt per Bart. in l. fideicõmissi. §. si seruo. ff de legat. 3.

36 SECVNDÒ Principaliter amplia, quia etiam officialis ad officium intelligitur esse receptus secundum consuetudinem loci, vt dicit Bar. in l. Magistratus. ff. ad munic. Abb. in cons. 16. colum. 2. volum. 1. Barbat. in cap. quod translatinnem. de off. leg. Ias. in l. diem functo. colum. 3. ff. de offic. assesso. & in l. ut liberis. colum. 3. C. de collatio.

37 Infertur igitur, vt legatus de latere semper censeatur constitutus cũ ea facultate, quæ cõitertradi solet alijs legatis, per text. in c. quod trãslationẽ. de offic. legat. Brun in tract. quod stant. masc. in 5. artic. in 10. quæst. col. 7. vers. ad prædicta etiam.

38 Amplia, quia idem dicendum est in concessione iurisdictionis, secundum Hispan. in c. per vestras. in 2. not. num. 27. de donat. inter uir. & vxor.

39 TERTIÒ Principaliter amplia, vt etiam priuilegiũ recipiat interpretationem a consuetudine, vt per Bal. in l. fin. colum. 1. C. de fideicomm. Abb. in c. certificari. in 2. not. de sepult. Alex. in cons. 107. colum. pen. nolumen. 2, Ioan. Nicol. in l. generaliter. num. 79. C. de sec. nuptijs.

40 IIII. Amplia, quia etiam in conuocatione consilij est inspicienda consuetudo. Bar. in l. omnes populi. in 2. q. princ. ff. de iust. & iur. Bart. & alij in l. 2. C. de decurionib. lib. 10. Brun. in tract. de forma. fol. 15. aliàs sub rub. qui poss. dare uel tol. for. colum. 2. vers. & multa exempla.

41 V. Amplia, vt hoc idem dicendum sit in electione officialium facienda, l. item eorum. ubi Bart. ff. quod cuius. uniuer. nom. & not. Aret. in l. 2. §. prius. col. fin. ff. de vulg. & pupil. Brun. in tract. de forma. in loco proximè allegato.

præcedit matrem in tutela , & procedat prima opinio: si
autem non præcedit, sed mater præcedit eum , tunc se-
cunda opinio locum habet. ita declarat Soc. in consil.
253.col.fin.& ita procedit quod notat Bal.in d.l.matres
circa fi.vers.quæro vlterius , dictat statutum. & fuit de
mente.Bal.in d.l.in prin.dum saluat glo. in d. l. matres,
in patre,qui filium emancipauerat.

73 SECVNDÒ Concorda, vt per Bal.in l. precibus. col.
5.vers.solutio,si legitimi.nam aut tutor legitimus solē-
niter cum decreto iudicis administrat,& tunc mater ex-
cusatur:aut administrat de facto, & tunc ipsa priuatur
successione , nisi infra annum apud acta renunciauerit
tutelæ.

Tenendo primam opin.

74 Amplia , idem esse in tutore testamentario , vt dicit
Bal.in cons.403.vol.4 Ang.in cons.166. col.fi. vers.1.
quia.Rui.in cons.8.col.pe.vol.3.

75 Hinc est,vt si mater infra annum nubat, ex quo suc-
cedit in eius locum legitimus tutor ipsius pupilli , ipsa
non priuabitur,vt per Ang.in l.matres. C.ad Tertull.

76 Sublimita,quando tutor legitimus non esset talis,qui
compelli posset inuitus ad tutelam.ita Calca. in consil.
335.col.6.

77 ¶ Contrarium voluit Maria. iun.in cons. 16. col.3,
& seq.vol.2.

78 XIIII. Limita in matre prodiga , cui bonis esset
interdictum , quia non priuatur successione ex eo, quia
tutorem

tutorem non petijt. Ita Ang. in l. Fulcinius. §. adeo. in fi. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. & in l. is cui bonis. col. 1. ver. tu limita hoc. ff. de verb. obligat. ponit apoſtill. ad Abbat. in ca. ex parte M. de appell. Sylu. nup. in 1. par. fol. 68. in 8. fall.

79 XV. Limita, ſi ante annum ingrediatur monaſterium, ita Bald. in d. c. ex parte. vbi hoc idem tenet, etiã ſi efficiatur de tertio ordine. & Præpoſ. ibi. col. 2. idem voluit Sylua nup. in 1. part. fol. 66. in 6. ampliatio. & Bal. in l. omnem. col. fi. verſ. ſed quid ſi mater. C. ad Tertull.

80 XVI. Limita, ſi etiam tacitè à marito habuerit licẽtiam tranſeundi ad ſecunda vota. ita Grat. in conſ. 83. col. 2. in fin. vol. 2.

81 XVII. Limita, nam mater nedum habet annum, ſed etiam nouem dies vltra annum, ſecundum glo. conſuet. Turonen. fo. 108. col. 1.

De iure immunitatis.

CONCLVSIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

Immunis ſi deſcribatur in libro debentium ſoluere, & non appellet, ſibi præiudicat.

1 QVI eſt immunis à ſolutione collectarum, ſi deſcribatur in libro debentium ſoluere, & non appellet infra decem dies, ſecundum alios infra annum, videtur ſuo priuilegio renunciare, & ſibi præiudicare. quam opin. tenent Angel. in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando appel. ſit. verſ. hic eſt caſus in terminis. Alex. conſ. 136. colum. 3. in fi. verſ. præterea etiam poſito. vol. ſecundo. & conſ. 101. col. 6. in fin. verſ. 3. principaliter. vol. 1. And. de Barulo in l. 1. C. de his qui ſpont. muni. ſube. Fely. in c. cum acceſſiſſent. num. 28. verſ. ad idem not. vbi Abb. col. fi. de conſtit. Iaſ. in l. prætor. §. ſi. ff. de op. nou. nunc. col. fin. verſ. aliquando officiũ, poſt Ro. ibi, col. 1. verſ. adde duos. Balb. in tract. præſ. in 4. par. quar. part. prin. in 30. q. nu. 106. verſ. & ꝑ hoc dicto. fol. 29. colum. 2. Claud. in l. fi. col. fi. verſ. item ad vnum aduert. ff. de conſtit. Princ. Bertran. conſ. 181. col. 7. verſ. præterea ex diſcurſu. uol. 3. in nou. & cõſ. 227. nu. 10. vol. 3. in antiquis. Gozad. conſ. 23. col. 3. verſ. nõ obſtãt contraria. Pariſ. conſ. 25. num. 114. vol. 1. Dec. in conſ. 638. num. 9.

¶ Contrarium videtur tenere Iaſ. in l. falſo. circa fin. verſ. item in materia. C. de diuerſ. reſ. & clarius in l. fi. col. fi. verſ. noti poſtremo. ff. de conſtit. Princ.

* Tenendo primam communem opin.

2 PRIMÒ Limita, quia illa locum habet, quando deſcriberetur quis pro oneribus, à quibus eſt immunis per priuilegium: ſecus verò, ſi eſſet immunis ex diſpoſitione iuris communis, ita Rui. conſ. 107. cum. 4. verſic. non obſtat etiam. vol. 5.

3 SECVNDÒ Limita, nam concluſio habet locum quãdo quis in totum immunis, deſcriberetur tanquam non immunis: ſecus vero, quando non immunis diceret ſe exceſſiuè grauatum, quia tunc ſemper poſſet conqueri de ſuo grauamine. vt notant Balb. in tract. præſ. in 4. par. quartæ partis prin. q. 30. num. 106. & ſeq. fol. 29. & Bertran. conſ. 181. nu. 16. verſ. præterea ex diſcurſu. volu. 3. in nouis.

4 Infertur igitur ex principali concluſione, vt immunis ſoluens collectas ſine proteſtatione, amittat priuilegium immunitatis, vt declarat Bart. in l. 1. C. de his, qui ſponte munet. ſub. ver. nota finem legis primæ. Io. And. in c. 2. col. 2. in prin. verſ. maximè ſi talis priuilegiatus, de immunit. eccl. Alexand. conſ. 136. col. 3. verſ. rurſus dico. vol. 2. Abb. in c. cum acceſſiſſent. de conſtit. col. fin. verſ. & vide omnino, & ibi Fely. colum. 13. verſ. 3. regula eſt. ſentit Rom. conſ. 252. in fin. verſ. quoad vltimum. Ruin. conſ. 196. col. 3. verſ. quo verò ad ſecũdum. volu. 1. Pet. de Anch. in conſ. 260. in fi. verſ. poſtremò non ſolum. Barb. conſ. 41. col. 7. facit. l. 2. vol. 1.

5 Amplia idem eſſe, quando promiſiſſet ſoluere. Ioã. Andr. in d. c. 2. col. 2. in princ. ver. maximè ſi talis. de immu. eccleſ. Pet. de Anch. in cõſ. 260. in fi. verſ. poſtremo non ſolum.

6 ¶ Contrarium in ſoluente tenet Cyn. in l. voluntariæ. in 1. col. in 1. not. C. de excuſ. tut. Iaſ. conſ. 26. col. 2. verſ. nec obſtat. vol. 3. Alexan. conſ. 192. col. fi. verſ. poſtremo circa quartam. vol. 2. Guid. Pap. q. 387. Caſſan. conſ. 65. colum. 5. verſic. quoad probationẽ verò. Alex. conſ. 35. col. 4. verſ. ſed ea mihi. vol. 5. & conſ. 108. col. fin. verſ. non obſtat ſextum. vol. 3. Iaſ. conſ. 25. col. 1. in fi. verſ. non obſtat illud. vol. 3. ſentit Ripa licèt non clarè in 21. reſpon. circa. fi. verſ. accedat ad corroborationẽ. vol. 1. Dec. in c. cum acceſſiſſent. col. 8. verſ. quinto. Abb. de conſtit. verſ. retenta tamen.

Tenendo primam opin.

7 PRIMÒ Limita, quando immunis non ſoluiſſet, ſed tantum immunitas eſſet reuocata, quia ſi fuiſſet reuocata nulliter, non eſſet opus appellare infra decem dies, aut infra annum, ſed ſemper opponi poſſet de nullitate vſque ad 30. annos. ita declarat. Rui. conſ. 196. col. pen. verſ. non obſtat etiam. vol. 1.

8 SECVNDÒ Limita, ſi immunis coactè ſoluiſſet. Ruin. in d. conſ. 196. col. fin. verſ. poſtremo non obſtat. vol. 1. & conſ. 11. num. 20. volu. 5. idem dicit Roma. in conſi. 252. in fine: vel iuſſu ſuperioris, vt per Abb. in conſ. 94. circa finem. verſ. non obſtat. uol. 1.

9 TERTIÒ Limita, vt immunis faciat ſibi præiudiciũ quo ad ea onera tãtum, pro quibus reperitur deſcriptus, non quo ad alia, vt conſiderant Guid. Pap. q. 387. & Rui. conſ. 218. col. 6. verſ. non obſtat etiam. vol. 1. Alex. in conſ. 33. col. 1. vol. 5. Iaſ. in conſ. 125. nu. 2. verſ. præterea. vol. 3.

10 QVARTÒ Limita. quia per vnicam ſolutionem non amittit quis priuilegium immunitatis, ſed requiritur ſolutio continuata, vt puta ſpatio triginta annorũ. ita Abb. in conſ. 94. circa finem. volum. 1. Alexan. in conſ. 193. colum. fin. verſic. poſtremo, volum. 2. & in conſi. 33. colum. 1. & ſeq. volum. 5. Iaſ. in conſ. 25. num. 2. verſi. nec obſtat. volum. 3. Guid. Pap. q. 387. Grat. in conſi. 61. nu. 45. vol. 1.

11 Sublimita, hoc procedere in priuilegio habente tractum ſucceſſiuum, ſecus autem in priuilegio momentaneo, vt per Alex. in d. conſ. 33. uolum. 5. Guid. Pap. deciſ. 387. & not. Cin. Bald. & Saly. in l. voluntariæ. C. de excuſat. tutor. & Abb. Ancha. & alij, in c. ſi de terra. & in c. accedentibus, de priuileg.

CONCLVSIO II.

ARGVMENTVM.

Forenſes ſunt immunes à Collectis.

1 COLLECTA non poteſt imponi forenſibus etiã reſpectu poſſeſſionum quas forenſes habent in territorio

territorio collectantis. ita voluit Bar. in l.1.col.3. vers. sed quæro cui, C. de mul. & in quo loc. lib. 11. in l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mun. & honor. in l. rescripto. §. fi. eo. tit. in l. libertus. §. sola. ff. ad municip. in l. cum neque. C. de incol. lib. 10. Feder. de Sen. in consi. 151. col. 2. in prin. Imol. in consi. 48. Guid. Pap. q. 396. & cons. 61. circa fi. Alex. consi. 78. col. 1. vers. si vult se fundare. & col. pen. ver. minus etiam. vol. 6. & cons. 68. col. 1. vol. 2. & cons. 52. in princ. vol. 5. Dec. cons. 285. col. 2. vers. 2. principaliter. Curt. iun. cons. 60. col. 1. & cons. 61. colum. 1. ubi dicit istam * communem opin. Idem voluit Alex. cons. 101. col. 3. vol. 1. Parpal. in l. placet. col. 13. vers. secundò dicatis. C. de sacros. eccles. Aret. cons. 132. col. 1. Paris. cons. 25. col. 1. & seq. vol. 1. Aim. cons. 195. Grat. cons. 61. col. 4. vol. 1. Ruin. cons. 111. col. fi. vol. 5.

2 ¶ Contrarium, quòd etiam forensibus possidentibus bona in territorio possint imponi collectæ, voluit, licèt non clarè, Ioan. Andr. de Isern. in c. 1. in tit. quæ sint regal. in verbo, condemnationum, dum dicit collectam esse munus patrimoniale. & clarius ibi hoc uoluit Bal. col. fi. vers. item collectæ. & fuit de mente glo. in l. 2. C. de mun. patri. lib. 10. Dec. cons. 694. col. pen. Curt. iun. cons. 60. col. j. in fi. Alex. cons. 52. circa fi. vol. 5. & in apost. ad Bart. in l. rescripto. §. fi. ff. ad municip. licèt loquatur de collectis sportularijs. & sentit Paul. de Cast. in l. inter debitorem. col. 1. ff. de pact.

Tenendo primam opinionem magis * communem.

3 Primò Amplia, etiamsi collecta habeat certam, & determinatam præstationem, ita Aretin. in consi. 132. col. 1. & seq.

4 Secundò Amplia, quia forensis tenetur etiam ad collectas pro constructione murorum, pōtium, & viarum, vt uoluit Sily. in l. neminem. C. de sacrosan. eccles. Alex. in cons. 68. col. 4. vol. 4 Guid. Pap. q. 7.

5 Primò Limita, principalem conclus. in vsurario, cui ex dispositione iuris communis, etiamsi forensis sit potest imponi collecta, prout tenent Bart. in l. 1. col. 3. & seq. C. de mul. & in quo loc. lib. 11. in l. cum neque, C de incol. lib. 10. in l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mun. & honor. Bald. in l. etiam colum. penult. C. de execut. rei iudic. Parpal. in l. placet. columna 13. in 3. fallen. C. de sacrosanct. eccles. Calder. in consilio 6. de censibus.

6 Secundò Limita in ciuitatibus, uel locis, quæ habent hoc priuilegium collectandi forenses possidentes. ita Bart. in d. l. 1. col. 4. de mul. & in quo loc. lib. 11. & in l. cum neque. C. de incol. in l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mun. & hon. in l. libertus. §. sola. ff. ad municip. Curt. iun. in cons. 60. col. 3. vers. succedit igitur aliud. & cons. 61. colum. 3. vers. sed multo clarius. Parpal. in d. l. placet. colum. 13. in 1. limit. Aret. consi. 132. colum. 2.

7 Tertiò Limita, quando de consuetudine collecta imponeretur forensibus. ita Bart. in d. l. 1. colum. 4. C. de mul. & in quo loc. lib. 11. & in l. cum neque. C. de incol. Bal. in l. etiam. col. pen. C. de execut. rei iudic. Alex. cons. 101. col. 3. vol. 1. & consi. 51. col. 1. vol. 5. & cons. 78. col. pen. vol. 6. & cons. 68. col. 3. vol. 2. Aretin. cons. 132. col. 2. & seq. Guido Pap. q. 397. Dec. consi. 691. col. 1. Curt. cons. 60. col. 2. & cons. 61. col. 2. Alex. in apostil. ad Bar. in l. rescripto. §. fi. ff. de mun. & hono. Bal. in cons. 433. vol. 1. & cons. 227. vol. 1. Guid. Pap. q. 87. & voluit Bart. in simili, & in casu fortiori, in l. 1. C. de auro coron. lib. 10.

8 Primò Declara talem consuetudinem vigere per Italiam communiter, ut dicit Bart. in d. l. 1. col. 4. in fi. C. de mul. & in quo loco, & in l. libertus. §. solam. ff. ad municip. Bal. in l. etiam. in fi. C. de exec. rei iud. Alex. in consi. 101. col. 3. uolu. 1. & cons. 52. vol. 5. & cons. 68. nu. 10. vol. 2. Ias. in l. placet. C. de sacrosan. eccles. Dec. cons. 694. col. 1. Brun. in tract. q. stant. masc. fol. 12. in 6. artic. princip. colum. 6. vers. & ita dicit Paris. consi. 15. num. 55. & seq. & num. 76. vbi dicit communem * opinionem.

9 Secundò Declara, quia Bar. in d. l. cum neque. C. de incol. exigit in hoc casu consuetudinem temporis immemorabilis. & idem tenent Aret. consi. 132. col. 3. & Alex. cons. 52. vol. 5. & cons. 68. colum. 2. volum. 2. Ruin. consi. 116. colum. 3. volum. 4 & cons. 126. col. 1. eod. uolum.

10 ¶ Contrarium verò, quòd in hoc casu non requiratur tempus immemorabile, sentit Alex. in d. consi. 68. col. 2. uol. 2. dū tenet in alia opinione, ut sufficiat tempus 40. annorum. & post in 3. col. tenet sufficere tempus 30. annorum. idem tenuit Curt. cons. 60. col. 1. Ias. in d. l. de quibus. ff. de ll. qui tenet sufficere tempus decem annorum. idem tenet Balb. in tract. præscrip. in 3. par. quintæ par. principalis, in 6. q. apostil. ad Bar. in l. j. C. de mul. & in quo loc. Parpal. in l. placet. col. 13. in 3. fallen. C. de sacros. eccles. Paris. consi. 25. col. 9. vol. 1. & col. 3 & 12 in fi.

11 Concorda, quia prima opinio procedit in iuribus realibus habentibus causam discontinuam, in quibus requiritur tempus antiquissimum, secunda uerò opin. procedit in personalibus, ut per Aim. de antiq. temp. in quarta par. nu. 178.

12 Quartò Limita, si prædia effecta sint tributaria, vt not. Bar. in l. libertus. §. sola. ff. ad municip. in l. rescripto. §. fi. ff. de mun. & honor. in d. l. cum neque. C. de incol. in d. l. 1. col. 4. C. de mul. & in quo loc. Bal. in l. 2. col. 1. in fi. ver. & adhoc. C. sine censu, uel reliq. fun. & in consi. 227. col. 3. vol. 1. Parpal. in d. l. placet. col. 13. in 2. fal. C. de sacros. eccl.

13 Quintò Limita, si collecta imposita fuerit à supremo Principe, cui non modò locus, in quo collecta solui debet, sed etiam persona, quæ ut forensis recusat solutionem, subiacet, ut declarat Bart. in d. l. 1. col. 4. ver. aut imponitur. C. de mul. & in quo loc. Paul. de Castro in cons. 386. vol. 1. Venafr. in cons. 32. col. fi. Soc. in cons. 129. col. 1. in fi. & seq. ver. sed prædictis. uol. 1. Ruin. cons. 111. col. 3. uol. 5.

14 Sextò Limita, si non solueret forensis collectā pro possessionibus alibi sitis, ut puta in loco sui domicilij. ita Guid. Pap. q. 7. Venaf. in consi. 22.

15 Septimò Limita, nam per statutum etiam forenses possidentes possunt astringi ad collectas, vt si statutum disponat, ut quicunq; habeat possessiones in territorio, contribuat in collectis. istud uoluit Bal. in l. unica. col. 6. uer. & gl. ibi dicit, C. de sent. quæ pro eo, quod interest. Alex. in cons. 101. col. 3. in fin. vol. 1. in consi. 68. col. 4. circa fi. uol. 2. & in cons. 52. uolum. 5. & cons. 148. in princ. uol. 6. Paul. de Castr. in cons. 329. col. 3. Dec. in cons. 694. Balb. in tract. præscript. in 2. uol. 1. Curt. in cons. 60. col. j. & cons. 61. colu. 2. par.... quintæ par princ. in 6. q. & Alex. in l. rescripto. §. fi. ff. de mun. & honor. & in apost. ad Bart. Paris. in cons. 25. nu. 79. & seq. uol. 1.

16 Amplia hanc limitationem, quia collecta imposita uigore statuti, solui debet etiam si statutum non reperiatur, ut not. Bar. in l. admonendi. col. 3. uer. & istud facit ad q. & ibi Ias. col. 18. ff. de iureiur. Felyn. in c. quoniā Abb. col. fi. de offi. deleg. Paris. cōs. 35. nu. 81. uol. j.

17 Sublimita, quia vigore huius statuti forensis est tantummodò astrictus ad solutionem respectu rerum, nō autem respectu personæ, ita ut si soluere recusauerit, possint

possit sibi bona deferri, non autem de persona capi, vel in carceribus detineri potest, prout declarat Bal. in l. etiam. col. pen. C. de execut. rei iudic. & Paul. de Cast. in l. inter debitorem. col. 2. ff. de pact.

18 Hinc infertur, forenses ad onera personalia astringi non posse, vt uoluit Bar. in l. 1. C. de aur. coron. lib. 10. Paul. de Cast. in consi. 317. col. fi. vol. 2. Parpal. in l. placet. col. 14. vers. omitto quærere. C. de sacros. eccl.

19 Amplia hanc illationem, ut nec statuto, vel consuetudine induci possit, vt forensis persona, licet possideat bona in territorio, distringi, aut detineri possit, vt notant Inn. quem sequuntur ibi Io. And. Anto. de Butr. Imol. & Abb. in c. postulasti. de foro compet. idem sentit Bart. in l. nullus. C. de Iudæis. & in l. ne quid. in fi. ff. de incend. ruin. & naufr.

¶Contrarium voluit Bart. in d. l. 1. C. de aur. coron. lib. 10. & Alex. in cons. 68. vol. 2. & in consi. 52. vol. 5. & sentit Calder. in cons. 6. de censib.

Quòd cuiusque vniuersitatis nomine &c.

CONCLVSIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

Vniuersitatis, & singuli homines ipsius, an idem sint.

EX gl. in l. sicut. in §. si quid. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine. in gl. vnica, in fi. colliguntur duæ conclusiones.

PRIMA conclusio est, quod vniuersitas, & singuli homines idem sunt, quia vniuersitas ipsa nihil aliud est, quàm homines ipsius uniuersitatis. & idem not. ibi Bal. circa fi. Mant. in cons. 2. nu. 75. & seq. Rui. in cons. 66. nu. 5. vol. 5.

¶Contrarium tenent Paul. de Castr. in d. l. sicut. in §. si quid. in princ. ff. quod cuiusque vniuersitatis nom. Bart. in l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. vers. vlterius quæro. Abb. in cons. 6. vers. non obstat. vol. 1. Aret. in l. 1. §. fi. in 2. col. ff. de acquir. poss. Fely. in cap. eam te. col. 13. de rescr. qui infert ad multa, & multos Doct. allegat, quos non recenseo, referendo me ad illum. & ibi Rip. num. 43. Corne. consi. 63. vol. 4. num. 4. Fel. in cap. dilectus. el 2. in 2. colum. in fi. & seq. de sim. Paris. in consi. 27. nu. 102. vol. 1. & cons. 111. nu. 61. vol. 1. Corne. consi. 148. nu. 25. vol. 1. Bertr. cons. 42. nu. 7. vol. 2. Oldend. in libell. iur. & æquit. fol. 188. Dec. cons. 61. col. 2. in fi. & in c. eam te. nu. 7. de rescr. Rui. cons. 202. col. 3. vol. 2.

2 Hinc est, quòd quando vniuersitas nihil habet, & solutio debet fieri per singulos: tunc singuli non soluunt ut singuli, sed tanquam vniuersitas: vt puta si dissoluto monasterio monachus petit partem, nam eam petit non tanquam monachus, sed quasi pars conuentus, ut tradit gl. in c. cum dilecta. in uerbo, restitutis, de rescr. vbi ponit vtrumque dictum, & ibi Fely. num 93. Guid. Pap. q. 87. Bertr. cons. 117. nu. 2. vol. 2. in nouis.

3 PRIMÒ Concorda, nam aut omnes de vniuersitate nemine excepto aliquid fecerunt, & tunc procedat prima opin. ut dicatur factum ab uniuersitate: aut aliqui de uniuersitate nō interfuerunt, & tūc non dr̄ factū ab vniuersitate. ita declarat Cor. in cons. 299. nu. 13. vol. j.

4 SECVNDÒ Concorda, quia homines de uniuersitate dicuntur ipsa vniuersitas, si collectiuè capiantur, non si distributiuè. ita concordant Fely. in c. significasti. col. j. de for. compet. & Corn. cons. 211. nu. 4. uol. 4.

5 TERTIÒ Concorda, quod vniuersitas nihil aliud est, quàm homines vniuersitatis secundum ipsam ueritatē: sed secundum fictionem, & dispositionem iuris aliud est vniuersitas, aliud homines vniuersitatis, prout refert. Fel. in c. eam te. de rescr.

Tenendo vltimam partem, ex ea infertur ad plura, quæ congerit Fely. in d. c. eam, te. col. 13. de rescr. & in c. dilectus. el 2. col. de simo. ad quæ me remitto.

6 PRIMÒ Infertur ultra ibi dicta, quod debitum uniuersitatis non est debitum singulorum, nec econtra. text. est in d. l. sicut. in §. si quid. ff. quod cuiusque vniuersitatis nom. & ibi Ang. in princip. & Paul. de Cast. in 1. & 2. not. Bertr. in consi. 242. col. 1. uol. 3. Milleus, in practica fol. 52. col. 4. Affl. sup. const. fol. 317. in rubr. de animal. in pasc. affide. nu. 12.

7 SECVNDÒ Infertur, ut procurator constitutus ab vniuersitate, non sit idoneus in causa singulorum hominum de uniuersitate, ut est tex. in l. 2. ff. quod cuiusque uniuer. nomine. & tradit Dec. cons. 61. num. 3. & in c. eam te. col. fi. ver. & ad hoc facit. de rescr.

8 PRIMÒ Limita, nam procurator Capituli potest appellare a declaratione excommunicationis latæ ob contumaciam Capituli cōtra nōnullos de Capitulo, ut per Rot. in decis. 1. in tit. de dolo & contumac. in decis. Bisig. uer. sed propter hoc.

9 SECVNDÒ Limita, quando appareret procuratorem constitutum fuisse ab uniuersitate, & ab hominibus per dictionem copulatiuam, ut declarat Rui. in cons. 129. nu. 12. uol. 4.

10 TERTIÒ Infertur, nam liberatio facta ipsi vniuersitati, nō liberat singulos homines uniuersitatis, ut per Dec. in cons. 61. col. 2. in fin. & seq. & Rip. in c. eam te, num. 43. de rescr.

11 QVARTÒ Infertur, ut res uniuersitatis non dicantur res singulorum. l. sed si hac. §. qui manumittuntur. ff. de in ius uoc. c. qui manumittitur. 12. q. 2. ponit glo. & ibi Bart. in l. in tantum. §. uniuersitatis. de rer. diuis. Alber. in l. sicut. §. si quid, in fi. ff. quod cuius. uniuersit. nom. Are. in l. 1. §. fi. in 11. col. ff. de acq. poss. Corne. cons. 293. nu. 11. uol. 3. & cons. 188. nu. 9. uol. 4. & cōs. 211. nu. 2. uol. 4. Abb. in c. eam te. nu. 12. de resc. & in cons. 6. uer. non obstat. uol. 1.

12 QVINTÒ Infertur, ut lis uniuersitatis non dicatur lis singulorum, nec econtra, ut not. Corne. consi. 293. num. 11. uol. 3.

13 SEXTÒ Infertur, ut compromissum uniuersitatis, nō sit compromissum singularium personarum. Socin. in cons. 95. col. 4. uol. 3.

Amplia supradicta, quia uniuersitas non afficitur ex sola citatione facta etiam officialibus ipsius uniuersitatis: sed debet citari uniuersitas collegialiter congregata, prout tenet gl. in l. non potest dolo. & ibi Bart. ff. de reg. iur. Bart. in l. fi. ff. quod cuiusq. uniu. nomi. & in extrau. ad reprimendum. in uer. citatum corpus. Maria. in tract. citat. fol. 87. aliàs in 17. art. in 6. q. princip.

¶Contrarium tenent Ang. in l. 2. §. in omnibus. col. 2. ff. quod cuius. uniuer. nom. ubi dicit satis esse, si fuerit citatus sindicus, uel administrator uniuersitatis, & idē uoluit in cons. 216. Guid. Pap. q. 321. & Alber. in d. l. non potest. ff. de reg. iur.

Tenendo primam opin.

Limita, quando uniuersitas nollet se congregare, quia tunc sufficeret citatio facta officialibus, ut post alios declarat Cagnol. in l. non potest dolo. ff. de reg. iur. Maria. in tract. citat. in loco proximè citato.

14 PRIMÒ Limita principaliter, quia quantum ad praescriptionem, mala fides singularium personarum nocet ipsi uniuersitati, quia ipsa uniuersitas dicitur esse in mala fide, donec illi, qui primò habuerunt malam fidem

dem decesserint, & alij successerint, qui bonam fidem habere dicantur. ita declarant Inn. in c. cura. de iure patron. & ibi Host. & Anto. de Butr. col. 1. in fi. & seq. & Abb. col. 1. uer. tertia solutio, & Cardin. col. 3. uer. quid ergo dicemus. & Collect. col. 1. uer. uel dic & probabiliter. Bart. in l. potest. in fi. & ibi Cuman. ff. de usucap. Soc. cons. 187. col. fi. uers. præterea ultra famam. Balb. in tract. præscrip. in 17. q. in 3. par. tract. num. 85. decis. Neap. 4. in 5. dub. in nou. Corne. cons. 43. in fin. uol. 2. Paris. cons. 26. nu. 106. & seq. uol. 1. & cons. 101. num. 100. eo. uol. & cons. 104. nu. 153. uol. 1.

15 Amplia, nam etiam mortuis primis habentibus malam fidem, impediri præscriptionem in uniuersitate tenuit Bal. in l. imperium. ff. de iur. om. iud. quem refert, & sequitur Corn. cons. 22. nu. 12. uol. 1. Paris. cons. 17. nu. 106. & seq. uol. j. & cons. 104. nu. 133. uol. 1.

16 Secundò Limita in mandato facto capitulo, quod contingeret nudum factum, ut puta quod recipiat canonicum iam creatum à Papa, nam omnibus, & singulis uidetur hoc mandatum, qui possunt illud implere, ita Inn. in c. eam te. de rescriptis circa fi. uer. hoc non placet. & ibi Io. And. circa fi. uer. hoc non placet. & ibi Anto. de Butr. col. 3. uer. quandoque mandatur aliquid. Cardin. col. 2. in q. sexta oppos. Abb. ibi col. 2. & seq. uer. tu poteris commendare. Imol. ibi col. 3. uer. in eadem glo. & ibi Fely. col. 1. uers. actus consistens. Innoc. in c. bonæ. el secundo, in 3. col. in uerbo, temere. de postul. prælator. Archid. in c. nullus. in fi. 63. dist. Federic. de Sen. cons. 290. col. 3. in fi. uer. alio modo. Imol. in c. cum omnes. col. 5. in fi. uer. item aduerte. de constitut. Domin. in c. eum qui. in final. uerb. de dolo & contum. in 6. Petri de Anch. in c. cum aliquibus. col. 1. uer. dicit etiam Inn. de rescr. in 6. Abb. in sermone Concilij, col. 11. uer. quinta ratio. Ant. de But. in d. c. bonæ. col. 13. uer. Innocentius ponit hic. Flor. in l. ciuitas. col. 4. ff. si cert. pet. Pauin. in tract. de potest. Cap. sede uacãte. in 5. priuilegio. nu. 15. Io. And. in c. si capitulo, col. 1. de concess. præb. in 6. ver. secus si receptio. & Dom. ibi, col. 1. ver. quarto per quos. Soc. in cons. 95. nu. 14. volum. 3. & in l. 1. §. fi. in fi. uer. quod tamen limitari posset, ff. de acq. poss. Fel. in c. dilectus. el 2. col. 3. uer. facit quod notat Inn. de simo. Domin. in c. Romana. §. uniuersitatem. in 2. col. uer. & istud idem. de sent. excommu. in 6. Rip. in d. c. eam te. col. 13. uer. sunt qui. de rescr.

17 Tertiò Limita, quia appellatio interposita ante excommunicationem per uniuersitatem, prodest singularibus, ut excommunicari non possint: & si feratur potest dici excommunicatio nulla etiam per ipsum capitulum, si sua interest, ut per Innoc. in d. ca. Romana. col. 1. uer. sed quæritur. de sent. excom. & ibi Domin. col. 2. uers. sed pone. & ibi Philip. Franc. circa fi.

18 Quartò Limita, quia scientia singulorum collegialiter congregatorum dicitur scientia uniuersitatis, ut not. Ruin. in cons. 129. nu. 11. uers. & ideo. uol. 5. idem sentit Dec. in cons. 437. col. 1. & cons. 672.

CONCLVSIO II.

ARGVMENTVM.

Possessio acquiritur uniuersitati per homines de uniuersitate.

1 SEcunda conclusio ponitur per glo. in d. l. sicut. §. si quid. in fin. ff. quod cuiusque uniuers. nomi. ut per homines uniuersitatis acquiratur possessio ipsi uniuersitati. quam conclusionem sequitur ibi Bal. in fi. & ibi Alber. de Ros. circa fi. & Paul. de Cast. in fi. Bart. in l. 1. §. municipes. in fi. ff. de acq. poss. & ibi Clar.

¶ Contrarium tenent Cuma. cons. 158. Corn. consi. 299. col. 2. & seq. vol. j. & cons. 46. col. 3. & cons. 63. col. 1. & seq. vol. 4. & cons. 148. col. fin. vol. j. Cæpol. in tract. de seruit. rusti. prædi. in rubr. de seruit. iur. pascen. col. 7. ver. sed dubium est qualiter. & col. seq. Dec. cons. 221. col. 3. Rip. in c. eam te. col. 12. de rescr. Bertr. consi. 42. nu. 6. & seq. uol. 2. Paris. cons. 27. nu. 102. vol. 1. & cons. 104 nu. 132. vol. 1.

2 Concorda, quia si singuli possederunt nomine vniuersitatis, & scientibus officialibus ipsius vniuersitatis, tunc dicitur quæsita possessio vniuersitati, & non aliàs. ità declarant Cuma. in cons. 158. col. pen. Cur. sen. consi. 77. colum fi. Cæpoll. in tract. de seruit. rust. præd. sub rub. de seruit. iur. pascendi. col. 7. Aret. in l. 1. §. fin. ff. de acq. poss. & ibi Soc. in final. verb. Dec. cons. 221. col. fi. Corn. cons. 199. col. 3. vers. & magis in proprijs terminis. vol. 1. Paris. cons. 111. col. pen. uol. j. Rui. cons. 129. col. 1. 2. & 5. uol. 4. Bertr. cons. 24. col. 1. vol. 1. in antiq.

3 Ratio est, quia possessio vniuersitatis retinetur per vsum particularium, vt per Paul. de Cast. in d. §. si quid. ff. quod cuius. vniuer. nom. Corn. cons. 299. col. pe. ver. ita etiam dicendũ. vol. 1. & cons. 46. col. 4. vol. 3. Bertr. cons. 42. col. pe. uol. 2. Soc. in l. j. §. fi. in fi. ff. de acq. poss.

De maioritate, & obed.

CONCLVSIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

Licentiatus si post longum tempus ad gradum sit promotus, an præferatur alijs, qui medio tempore ad gradum sunt assumpti?

1 MAxime dissentiunt inter se scribentes in illa q. an qui primò fuit licẽtiatus, si post longum tempus ad gradum promoueatur, præferatur omnibus illis, qui medio tempore ad gradum sunt assumpti. Nam quod præferatur, tenent Angel. Aret. in §. quædam. col. 6. ver. facit tex. singularis. Inst. de act. sequitur Fel. in rub. de maio. & obed. col. 1. in fi. & in c. clerici. col. 2. in fi. de iudi. Alex. in apostil. ad Bart. in l. 1. ff. de obseq. patro. præst. Staphil. de litt. grat. & iust. fol. 125. in fin. Hispa. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. fol. 33. §. 38.

* nu. 11. & seq. ubi dicit communem * opin. qui allegat pro ista par. Io. Cald. in cap. Capitulum S. Crucis. de rescr. relatum per Maria. in c. quãto. in fi. de magist. Dec. in l. cum quid. col. 3. ff. si cert. pet. Soc. in cons. 70. vol. 4. gl. in reg. cãcell. in pe. reg. in 3. par. Petr. Leuand. in trac. de dot. in 3. q. in fi. Boer. de auctor. mag. cons. nu. 98. &

* hanc partem teneas, quæ videtur * magis communis.

¶ Contrariam opi. tenuit Fely. in procem. Decretal. in uerbo, Gregorius. col. 5. uer. verum appellatione prælati. Ias. in l. cum quid. col. 3. vers. adde etiam ad prædicta. ff. si cer. pet. & in l. filiæ licèt. col. fi. ver. adde & notabilem text. C. de coll. & cons. 192. col. fi. uers. per hoc etiam apparet. uol. 2. Grat. in cons. 116. col. 1. & seq. vol. 2. Ruin. in cons. 19. col. 2. & col. 5. Alciat. in tract. præsumpt. in prima reg. in 45. præsumpt.

De præbendis.

CONCLVSIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

Gratia etiã re integra morte concedentis non expirat.

1 QVæriunt Doctores, an morte concedentis re integra gratia expiret? & * communis

* est conclusio, vt gratia morte condentis etiam re integra non expiret. text. est in

cap. si

cap.si super gratia.de off.deleg.in 6. in cap. si cui nulla. de præben. in 6. quam conclusionem tenent gloss. pragma.sanct.fol.9.col.1.in glo. in uerbo, mandatum. Rot.in nouis decis.285. Franc.in c. si gratiosè. de rescri.in 6. in 1.not. Dom.in c.2.col. 2. uers. posset concludi.de præben.in 6.Milis in uerbo,gratia facta licèt nondum executa.Felyn.in c.licèt undique. col. 1.uers. & in ista materia.de off.deleg. Maria. iun.in cons. 89. nu.7.uol.1.Cassa.in consue. Burgun.fol. 52. col. 4.& seq.uers.item quæro.Rebuf.in concord.in rub.de mād. apostol. in §.1.col.1.super glo.in uerbo, sui Pontificatus.& in nat.benef.fol.85.nu.36.

2 PRIMÒ Amplia etiamsi solo uerbo facta sit gratia, & desuper nulla sit confecta scriptura,prout tenet Bal. in l.humanum.in fi.ver.breuiter veritas est.C.de ll. Archid.in procem.sexti.in fi.col.vers. in hac altercatione. & ibi Io. And.colum.2.vers.hic erat Arch. Bal.in l. falsus.col.9.vers.priuilegia etiam.C.de furt. Cassan.in cōsuet.fol.53.col.1.vers.immo etiam. Dec. in c. relatum. col.1.vers.subsequenter Abb.dicit.& in rub. de const. col.pen.vers.& ideo si post de constit.Rot.in antiq. decis.83.Rebuff.in concord.super rub.de manda.apostol. §.1.in verbo,litteras.vers.ideo si moriatur.

3 SECVNDÒ Amplia,idem esse in executore dato per Papam ad gratiam per eum factam exequendam, cuius executoris officium morte ipsius Papæ etiam re integra non expirat.d.c.si super gratia. de offi. dele. in 6. Io.And.in addit.in Spec.in tit.de iud.deleg.§.recte.ver. item mortuo mandatore.in verbo, licèt. Guid. Pap.q. 491.Bal.in l.fi.col.1.vers.sed pone, quòd Princeps.ff. de constit. Princ. Mil. in verbo gratia facta, licèt nondum executa.

4 Amplia hanc Ampliationem,nam idem est in executore dato per legatum super gratia per eum facta.ita Lap.alleg.17.Fran.in c.si super gratia,in prin. & in vlt. q.de off.deleg.in 6.& ibi Dom.col.1.q. 1.

5 PRIMÒ Limita principalem ampliationem, non procedere in executore dato ad gratiam faciendam,per tex.in c.si cui nulla,de præben. in 6. & ibi glo. & tenet Io. And. in addit ad Spec. in tit.de iudi.deleg.§.restat. vers.item mortuo.super verbo.licèt. Bal.in l. mandatū. in quarta oppos.C.mandat. Aegid. decis.543. Milis.in vers.gratia facta,licet nondum executa.Staph. de litteris grat.& iust.fol.108.& fol.39.Gomes.in tract.mād. de prouiden.char.9.vers.sequitur & alius effectus. Rebuff.in concord.in rubr.de form.mand.apost.§. 1.col.j. super uerbo,sui pontificatus.Franc.in c. si super gratia. col.1. vers. & intellige.1.& ibi Anch. in 1. not.de off. deleg.in 6.vbi dicit,quòd gratia facta non expirat morte concedentis,sed gratia facienda sic.

6 Infertur ex hoc, vt facultas dispensandi cum certis personis fauore illorum,qui veniebant dispensandi,expiret morte concedentis re integra.ita procedit, quod not.Spec.in §.dicendum.vers. quid si is. de dispensatio. & quod not.Fely.in c.licet.in prin.ver. Amplia hoc habere locum.de of.deleg.& ita declarat not. Io. Andr.in addit. ad Spec. in d. §. dicendum. vers.quid si is.de dispensatio.

7 Hinc dicunt Doct. vt quando litteræ executoris gratiæ emanāt per viam cōmissionis, ipsius iurisdictio expirat morte concedentis,vt dicit Bal.in l.fi.col. 1.ver sic.sed pone.ff.de constit. Princ. & idem dixit Dec. in c. relatum. col.3. vers. & ista conclusio intelligitur. de off.deleg.& in rub.de constit.in prima lect.col.pe. ver. & ista conclusio.

8 Declara præmissa, non habere locum, quando facultas executoris esset data in gratiam ipsius executoris,vt si data sibi sit facultas dispensandi cum personis incertis:talis enim facultas morte concedentis non expirat, quia dr̄ gratia facta, & nō gratia facienda, per tex.in d.c.si cui nulla,de præb.in 6.& ita declarant Feder.de Sen.in cons.78.& dec.Neap.121.nu.10. & nu. 11.in nouis.

9 Amplia istud,quid si ep̄s,habens ptātē à Papa prouidendi,quibus sibi videretur in ecclesia sua de beneficijs vacaturis,contulerit vni canonicatum reseruata sibi præbenda proxima vacatura, & antequā præbenda vacet moriatur,gratia tamē facta non expirat. ita tradit Rot.in nou.decis.285.Franc.in c.quoddam. col. 1. vers.& per hunc tex.vr̄.de prębend.in sexto.ubi tamen aliquantulum dubitat.& Aeneas de Falco. in tract. de reseruat.fol.69.in fi.ver. sed huic dicto obstat firmiter.

10 Sublimita limitationem datam ad ampliationem,nā si executor datus ad gratiam faciēdam in vim illius processisset ad collationem,quia non expiraret gratia ēt reuocata,uel cessante legatione.q̄ opin.firmāt Lap.in alleg.17.in c.præsenti,in fi.ver.vltimò aduertēdū. de off. leg. Dom.in c.si super,col. fi. vers.sed pone, q̄ dat̄. de of.delegat.in sexto.Staphil.da literis grat.& iust.fo. 39.

¶ Contrarium in reseruatione facta per legatum, ētsi deuentum sit ad collationem, tenuit Domi.in d.c. præsenti.col.1.vers. sed quid si tempore. & ibi Franc. col.1.in fi.vers.quid autem si legatus. vbi tenent expirare reseruationem ipsam. & idem tenet Villadieg.in trac.de leg.in 9.q.primæ par.col.23.vers.an si conferat. Aeneas de Falc.in tracta.reseruat.fol. 69. vers.quantò quæro.idem voluit Io.And.in c.si cui nulla: vers. sed in delegatis legatorum.de præb.in sexto.

Tenendo vltimam.opin.

11 Amplia,nam idem esset in reseruatione Papæ, si nō fuisset in reseruatione Papæ processum ad collationē, siue prouisionem,vel si beneficium ante mortem Papæ non vacaret:tunc enim etiam ipsa Papæ reseruatio expiraret morte Papæ reseruantis, quoad illum, in cuius fauorem facta est reseruatio: secus vero, quando Papa post reseruationem contulisset, aut decessisset post vacationem beneficij.ita declarat not. Aeneas de Falc.in tract.reseruat.fol.55.& seq.vers.septimò quæro.

12 Quòd autem in tali casu expiret officium executoris,hoc omnes admittunt, tam illi, qui tenent expirare reseruationem,prout tenuerunt Dom.Fran.& Aeneas quàm illi qui tenent reseruationem non expirare,prout tenuerunt Lap.& Anch.

13 SECVNDÒ Limita, hanc secundam ampliationem, non procedere, quando executio gratiæ requirit causæ cognitionem adhibendam per executorem, prout hāc opin.sequitur Rot.in nouis.decis.349. Domin. in c. si super gratia.col.fi.vers.sed pone,q̄ Papa. de off. deleg. in 6,Rom.in l.2.§.sed etsi quis.col. 1.vers.tertius in mādato.ff.de donat.Ias in l.more.col.pe.in fi.uers.item circa.tex.ff.de iurisd.omn.iud. Card. Alex.in c. petijsti. col. 1.vers.an vero.7.q.1.Felyn.in c.relatum.col. fi.ver. limita istam limitationem.de offi.delega.Milis,in vers. gratia facta,licet nondum executa.

14 Pro qua opin.facit quod not.Domin.de Rot.in decis.459.col.fi.vers.pro eo.etiam benefacit. qui tenent, q̄ facultas executoris deputati in litteris in forma pauperum, expirat morte concedentis,post Io. And.in c. si cui nulla.vers. aliquibus videtur. de præbend. in sexto.

15 ¶ Contrarium,quando gratia esset facta, & tractaretur de illius executione, voluit Fran. in d. c. si super gratia.col.2.vers.2.intellige.de off.deleg.& Mil.in verbo,gratia facta,licet nondum executa.

16 Sublimita, non procedere in officio conseruatoris priuilegiorum, vel executionis alterius priuilegij, quia morte mandantis expirat tale officium. Ioan. Andr. in c.

in c.si super gratia.& ibi Domin.in 1.q. de offi.deleg. in 6.& ibi Franc.col.2.uer.4.intellige.

17 Tertiò Amplia principaliter, nam gratia Papæ facta, non expirat morte concedentis, etiamsi nondum sit executa.ita Rot.in nou.decis.285.Mil.in uerbo, gratia facta, licet nondum executa. Rebuff. in concord. in rubr.de mandat.Aposto.§.3. super uerbo, sui Pontificatus.uer.nota tamen. Aeneas in tract.reseruat.fol.55. uer.idem est dicendum. Franc. in c. si super gratia.col. 2.uers.sed certè licèt.de offi.deleg.in sexto.

18 Amplia præcedentem ampliationem, idem esse in gratia facta a legato.Lap.alleg.17.de qua ampliat.dic, vt supra dixi.

19 Qvartò Amplia, idem esse in mandato de prouidendo facto à Papa.de beneficio vacante in fauorē certæ personæ, quod non expirat morte Papæ, licèt nō sit processum ad prouisionem ipsam. Staphil. in libell. de literis grat.& iust. fol.39. uer. sequitur etiam alius effectus.Sarnen. in tract.de mandat.de prouidendo, nu. 142.char.9.uer.nam licèt mandatum legati. Æneas in tract.reseru.fol.55.circa fi.uer. idem dicendum.

20 Qvintò Amplia, vt indulgentiæ concessæ à legato, non expirent per obitum, uel finita legatione ipsius concedentis, prout no.gl.in c.fi.in uer.statuta, de offic. lega.& ibi Abb.col.pe.uer. nunc uenio. vbi dicit illam gl.cōiter approbari.& idem tenet Inn.in c.quod translationem.uer.sed quid dices.de off.leg. Abb.in c.pe.nu. 10.de cler.non resid.Villadieg.de leg.1.q.16.num.21.

21 Sextò Amplia, ut etiam dispensatio concessa ab episcopo, non extinguatur morte concedentis, ut per glo.in c.cum ex eo.in uer.septennium. de elect.in 6.& ibi Franc.post Archid.col.2.ver.in eandem gl. Abb. in c.si.col.2.de offi.lega.& in c.pē.nu.10. de cler. non resid.Imol.in clem.fi.de elect.Villadieg.in tract. de lega. q.16.num.21.& seq.

22 Primò Limita regulam principalem, quia gratia expirat morte concedentis, quando facta esset ad beneplacitum ipsius concedentis:tunc enim, quia morte expirat beneplacitum, ideo tūc etiam gratia reuocatur. ita probat tex.in c.si gratiosè.de resc.in 6.in l.4. ff.loca. Ang.cons.217.colum.pe.ver.ad quartum uerò. Corn. cons.92.col.1.uer.& q̄ hoc sit uerum, uol.2.& consi. 215.col.2.uer.circa tertiū.eo.uol. Bal.in l.fi.col.4. uer. 6.quarto.C.de contrah.empt.in l.post dotem, col.pen. ver.& prædicta faciunt ad quæstionē. ff.sol.mat. Goz. cons.22.col.1.& seq.uer.& pro ista parte. Dec. consi. 108.col.1.uers.sed in tertio anno. Ang.in l.& quia.col. 2.uer.sed tūc q̄rendum est.de iurisd.om.iud.Magalot. in trac.de salu.conduct.in quarta par.in 22.declaratione.uer.& scias, q̄ saluus conductus.Maria.iun. in cons. 89.num.7.uol.1.& uoluit Spec.in tit.de locat.§.nunc aliqua.q.150.uer.quid si dominus Papa. & uers.seq.& in tit.de act.§.super petitionibus.uers. item si Papa. & ibi Io.And.in addi.Bal.in l.1.col.1. in fi. uer. nam ubicunque ponuntur.C.de postul.Iacob. in l. more. num. 14.in 1.lect.col.2. uers.idem si princeps. ff. de iurisdi. om.iud.Rot.in antiq.decis.580. Berous q.103. nu.5.

23 Amplia, nam gratia concessa ad beneplacitum nedū expirat morte concedentis, sed etiam expirat morte illius, cui est facta concessio, ut not. Maria.iun.cons.63. nu.10.vers.2.etiam ostendetur.uol.2.

24 Primò Sublimita, quando officiū esset datū alicui per rectorem, aut per legatū, uel per aliū, qui facultatē dandi haberet ad beneplacitum ipsius, quia finito officio aliter quàm per mortem naturalem, beneplacitum non expiraret, ut uoluerunt Cald. in cons.3. de rescrip. Domin.in d.cap.si gratiosè.col.2.uer.sed pone, rector prouinciæ, de rescr.in 6.& Bero.q.103.nu.5.& seq.

¶ Contrarium in isto casu tenuit Franc.in d. cap. si gratiosè.col.pen.uer.sed quæritur primò.de rescri. decis.Neap.136.num.5.6.& seq.in nouis.& idem uoluit Bar.in l.centesimis.§.fi.col.fi.uer. quæro quid si iudex. ff.de uerb.oblig.& in terminis ponit Bald. in procem. ffforum, in §.hæc autem tria.col.1.uer. sed quid si testator.& in l.1.col.1. in fi. uer. nam ubicunque ponuntur hæc verba.C.de postul.

25 Et facit pro ista opinione, quod no.Bal.in l.1.col.1. uer.sed ponamus. C. de postul. ubi si legatus de latere, ponit interdictum in ecclesia, & non apponit tempus, reuocato ipso a legatione, cessat interdictum.

26 Secvndò Sublimita, nisi gratia fuisset concessa cū clausula, donec reuocauero: quia talis gratia morte concedentis non reuocatur, sed requirit reuocationem expressam. c.si delegatus.de off.deleg.in 6.Bar.in l.centesimis.§.fi.col.pen.ver.vltimò formo hic.ff.de uerb.oblig.Bald.in procem.fforum, in §.hæc autem tria. col.1. ver.sed quid si testator.Io.Andr.in c.si gratiosè. col.1. ver.dubitari uidi.de rescr.in 6.Soc.cons.77.col.1.uers. primum probatur.uol.3.Goz.cons.22.col.2. uers.non obstat contraria.& uer. & ideo pro clarioris.Ang. in l. & quia.col.2.uer.sed tunc quærendum est. de iurisd. om.iud.Dec. cons.108. uer. sed tamen prædictis non obstantibus.& col.2.uer.non obstant allegata. Feder. de Sen.cons.257.Magalott.in tract. de salu.cond.in 4. par.in secunda declaratione.uer.2.fallit.

27 Amplia, quia idem est, quando dictum esset, ad beneplacitum cum disdicta, ut tradit Dec. cons. 108. col. 1. in fin. uers. sed tamen prædictis non obstantibus, & col.2.uer.non obstant allegata.& idem dicit Grat.cōsi.92.uer.non obstat, quod beneplacitum. uol.2.

28 Primò Limita proximam sublimitationem, secundum Domi.post Io.de Fantuc.& Paul.de Eleaz. in c. si delegatos.col.3.uers.tu dic.de offi.deleg.in 6.nā quando clausula sonat in actum positiuum nouæ uoluntatis, prout est, quando dicitur donec reuocauero, & tunc non inducitur reuocatio per mortem: si uero clausula sonat in actum positiuum perseuerantiæ antiquæ uoluntatis, & tunc illa uoluntas dicitur morte expirare. cuius dictum in hoc sequitur Soc. cons.77. col.1. uer. confirmatur & 3.uol.3.Ias.in l.centesimis. §. fi.col.pe. uers.2.ad idem moueor.ff.de uerb.oblig. Gozad.cons. 22.col.1.in fi.uer.6.adduco. & col.2. uers. & ideo pro clariori.Franc. in c.si diligenti.col.1.in fi.uer. in glo.in verbo, morte.de off.deleg.

29 Secvndò Limita, dictam sublimitationem non procedere in pœnis, quia pœnę impositæ, donec iudex reuocauerit, mortuo iudice, uel remoto ab officio, cessant.ita sentit Bar.in d.l.centesimis.§.fi.col.pe.uers.ultimò formo hic unam quęstionem.ff. de uerb.obli. Bal. in l post dotem.col.pe.ver.& facit ad aliā q.ff.sol.mat.

¶ Contrarium, vt etiam in pœnis regulariter idem sit, q̄ in alijs, sentit Bal.in procemio fforum. §.hæc autem tria.col. 1.uer.sed quid si non ponit.& Angel.in l. centesimis.§. fi.in fi.uer.sumit Bart.& ibi Imol. col.pe. uer.item adde dictis.& ibi Alex.col.fi.uer. si autem dixisset. qui dicit istam communem * opin. & idem ibi tenet Ias.col.pen.uer.2.quærit Bar.Salyc.in fi. col.7.in 7.q.C.de contrahen.empt.Soc.cons.77.col.1.uer.5.& vltimò confirmatur.uol.3.

30 Concorda, ut ultima opin.procedat, quando delictū sui natura non merebatur pœnam perpetuam. 2.uerò opin. locum habeat, si perpetuam pœnam mereretur. ita.Bal. in l.fi.col.4. in 6.q.C.de contrahen.emptio. & sequitur Imol.in d.l.centesimis.§ fi.col.pen.ff.de uerb. oblig.Salyc.in l.fi.col.7.in 10.q.C.de contrah.empt.

31 Tertiò Limita, quando causa non cognita iudex

posuis-

posuisset aliquem ad confinia, donec ipsum reuocauerit, quia mortuo iudice, vel finito officio reuocarentur confinia, ut per Alexan. in l.centesimis. §.fi.num.11. ver.& tenendo istam opin.ff.de verbor. oblig. ubi dicit idem esse quando iudex decederet re integra, antequã ille ductus esset ad confinia, ut ibi, in uer. 2. limita.

32 QVARTÒ Limita, dictam sublimitationem non habere locum in vltimis voluntatibus, in quibus etiamsi dictum sit, donec reuocauero, per mortem censetur facta reuocatio, ut not. Bar. in d.l.centesimus.§.fi.col.pen. ver.ult.formo hic q.ff. de uerb.oblig. Franc. in c. si deq legatus.col.2.uers.ex prædictis.de off.deleg. in 6.Goz. in cons.22.nu.11.

33 TERTIÒ Sublimita, nam gratia concessa ad beneplacitum concedentis non expirat, quando cõcessa fuisset ad certum tempus, & deinde ad beneplacitum, quia tunc si concedens moriatur durante tempore certo, gratia illa non expirat. ita Magalot. in tract. de salu.cond. in 4.par.in 21.declaratione.uer.3.fallit.

34 QVARTÒ Sublimita in iurisdictione ordinaria data ad beneplacitum, quia non expirat morte concedentis, prout declarat Bal.in l.meminisse. in fi.uer.4. quarto.ff.de offi.proconf.& legat.

35 QVINTÒ Sublimita in subdelegatione facta ad beneplacitum delegantis, quia mortuo delegante non expirat delegata iurisdictio. ita refert tenere Bal. in cap.si gratiosè.de rescri.Franc.in c.si delegatus.col.2. uers.ex prædictis infertur.de offi.deleg.in 6.& idem tenet Iac. de sancto Georg.in l.more.nu.14. in 1. lect.uer.idem si Princeps.ff.de iur.om.iud.

36 SEXTÒ Sublimita, nam gratia facta per officialem constitutum ad beneplacitum deputantis, non expirat mortuo deputante. ita Rot.in antiq. decis.85. refert & sequitur Felyn.in ca.licèt vndique.col.1. in fi.ver.item allego Rotam.de offi.deleg. Dec.consi.404.col.fi.vers. & facit ad prædicta.& decis. Neapol.136. num.6.ver. additio.in nouis.

37 SECVNDÒ Principaliter limita regulam prædictam procedere in gratia facta de beneficio vacante, & ita procedit tex.in d.c.si super gratia.de off. deleg.in 6.vel super beneficio, quod licèt non vacet, statim creatur, vt dicit Feder.de Sen.cons.297.secus verò in gratia facta de beneficio vac aturo, quæ morte concedentis expirat re integra.text.est in c.si cui.in fi. de præb. in 6. & hoc voluit gl.in c.præsenti.in uerbo, finitur.ibi, sed potestas executorum.de off.leg.in 6.ubi dicit, q̃ potestas executorum datorum à Papa super gratia facta, etiam re integra, & super facienda re non integra durat post obitum Papæ, & sic sentit, q̃ super gratia facienda re integra expiret, ex allegato tex.in d.c.si cui. & idem voluit Domin.in d.c.præsenti.circa fi. ver. sed in beneficialibus.& idem Domi.in d.c.si cui.in vltimo not.de præben.in 6.ubi dicit, quòd gratia non perfecta extinguitur, quando ad nullum actum tendentem in effectum concessionis est peruentum. & Rot. etiam ita intelligit tex.in c.si cui.in gratia de uacaturo, & propterea eã expirare, & tex.in c.si super gratia. in beneficio vacantit& ideo gratiam non expirare, in decis.349. in nou. vers. capitulum etiam. idem tenet Aeneas in tract. reseruat.fol.56.ver.prædicta non procederent.gl.pragm. sanctio.fol.43.super verbo, causa. Dom.in c.si super gratia.col.2.ver.item c.si cui.de off.deleg.in 6.

38 PRIMÒ Amplia idẽ esse in legato, qui reseruasset vacatura beneficia, ut est tex.in c.præsenti.de off.leg.in 6.

39 SECVNDÒ Amplia, etiam si post vacationem beneficij facta fuerit reseruatio per legatum, & superueniat obitus legati ante prouisionem. Domin. in c.præsenti. col.2.uers.sed quid si tempore.& ibi Franc.uers.in gl.3. & ibi Petr.de Anch. in 2.nota.de offic.leg. in 6.

40 PRIMÒ Sublimita, nam si Papa creasset canonicum sub expectatione futuræ præb.tunc mortuo Papa concedente non esset gratia reuocata, ut tenet glo. in c. si cui.in uerbo, moriatur.de præb.in 6.uers.solutio, facti diuersitas.gl.pragm.sanct.fol.91.super uerbo, mandatum.Aeneas de Falco.in tract.reseru.fol.55.uer.7.quæro.Franc.in c.si super gratia.col.1. uer.item habet locum iste tex.de offi.deleg.in 6.

41 Amplia, ut hoc procedat etiam in creatione in canonicum facta per episcopum, cui à sede apostolica talis facultas concessa esset. Rot.in nou. decis.285. idem uoluit, licèt dubitando, Franc.in cap.quodam.in 2.not. de præb.in 6.Aen.in tract.reseru.fol.96.uer.4.quæro. Quid autem in creatione facta per legatum? vide sup. num.10.

42 SECVNDÒ Sublimita, si Papa fecisset reseruationem beneficij uacaturi literis expeditis in cancellaria iuxta solitum stylum, ut in regula cancellariæ decima. & declarat ibi.glo.in fin.& Aene.in tract. reseru.fol.57. in ver.2.quæro.

43 TERTIÒ Sublimita, quando res non esset integra, vt quia ad aliquem actum post gratiam deuentum esset.ita glo.in uerbo, finitur. in loco proximè allegato. & ibi Dom.in d.c.præsenti, circa fin.princ. uers. sed in beneficialibus.& col.2. uer. quod dicit Lap. & Petr.de Anch.ibi, in 2.not.Feder.de Sen.consi.297. col.2.uer. si uolumus tenere.Domin.in d.c. si cui.col.2.uer. Lap. Abb.& ibi Franc.col.2.ver.4. opin. & in cap. si super gratia.col.fi.in fi.uers.sed pone, quòd datur. de offic. deleg. & ibi Franc. colum.1. uersic. item locum habet iste text.

44 Infertur igitur ex præmissis, vt si fulminatus sit processus in expectatiuis expectatiua non expiret, quia quamuis expectatiua sit gratia de uacaturo, tamen per fulminationem processus res dicitur non esse integra. Et hoc est quod uoluit Dom.in d.c.si super gratia, circa finem.& itẽ procedit, quod dicit Staphil. de literis
45 grat.& iust. fol.108.uer.& per hæc infero. Sed si processus non esset fulminatus, etiam expectatiuæ censerentur morte concedentis reuocatæ, vt per gl. in commen.reg.cancell.in decima reg.

46 TERTIÒ Limita principaliter in gratia facta s legato, per quam mandet alicui prouideri de certo beneficio tunc uacante: nam moriente legato antequam executor procedat ad mandati executionem, expirat dicta gratia.tex.est in c.præsenti.de offi. deleg.in 6.& notat Bellamer.decis.541.& Staphil. de literis grat. & iust.fol.108.uer.dicendum est modò.& fol.39. uer.sequitur & alios effectus.

CONCLVSIO II.

ARGVMENTVM.

1 *Gratia purè facta, etiamsi sit posterior, præfertur priori gratiæ conditionali.*

1 DIcitur in c.si pro te.de rescrip.in 6.q̃ si alicui facta sit gratia de beneficio sub conditione, & postquam alteri de eodem beneficio gratia facta sit purè, secundus præfertur primo, etiam quod postea conditio eueniat, ex qua gratia primi purificetur. quam conclusionem tenent Card.in clem. 1.in 10. not. de concess. præben.Fed.de Sen.consi.191.& Paris. cons.82.num. 24.& seq.vol.4.

2 PRIMÒ Limita, secundum Geminia. in cons.107. col.2.quando gratia primi conditionalis est ad incertũ corpus beneficij, ita quòd primus, qui habuit gratiam condi-

38 VIII Infertur, quod per clausulam motu proprio, nō tolluntur statuta, de quibus non est facta mentio in cōcessione. quam opi. tenent. Imol. in c. constitutus. col. 3. vers. per prædicta. ubi etiam Fely. col. 4. uersi. obstat secundò. de rescrip. Domi. in c. si cui. col. 4. vers. & licet motu proprio. de præb. in 6. Fel. in c. cum olim. col. 4. de re iud. Rip. in c. ad aures. nu. 32. de rescrip.

¶ Contrarium videtur sentire Pet. de Anch. in cons. 20. vbi loquitur in statuto adiecto in fundatione ecclesiæ per patronum, & videtur sentire contrarium in alio statuto ecclesiæ, vt ibi per eum dum respondet ad doctrinam Io. And. & idem similiter tenet Anch. in cons. 346. colum. 1.

39 IX. Infertur, vt nō valeat concessio motu proprio facta de beneficio curato nulla facta mentione curæ. c. cum in illis. de præb. & ita uoluit Abb. in cap. ad aures. col. 2. & ibi Rip. col. 9. vers. 4. adde. de rescri. Franc. in c. si motu proprio, in fin. de præb. in 6. Rota. in nou. decis. 111. & in antiq. decis. 445. Alex. in cons. 215. in princ. vol. 7. Fely. in c. causam quæ. el 2. col. 2. vers. pro quo vide. de testib. Io. de Syl. in tract. de benefi. in 3. par. q. 12. Staphil. de litt. grat. & iust. fol. 85. Rebuff. super concord. in tit. de forma mand. Apostol. in vltimo effectu. vers. 5. non tollit.

¶ Contrarium videtur probare text. in clem. si Romanus Pontifex. de præb. & ita videntur sentire Felyn. in cap. ad aures. colum. 6. eo. tit. Soc. in consi. 115. col. 1. volum. 3.

40 PRIMÒ Concorda has contrarias opin. nam ratione curæ non potest concessio impugnari tanquam subreptitia, & ita procedat vltima opi. non autem in hoc casu ista concessio operatur dispensationem, & ita intelligatur prima opin. Bonif. in clem. si Romanus. nu. 30. & seq. de præb. Rip. in c. ad aures. col. 15. & seq. de rescrip.

41 SECVNDÒ Concorda, vt per Staphil. de litteris grat. & iust. fol. 85. vbi tenet hanc concessionem operari quoad curam, si fuerit facta ex certa scientia, secus si non ex certa scientia.

42 X. Infertur, vt per istam clausulam non tollantur defectus concernentes personam prouisi, vt tenet Rota in nou. decis. 112. & in antiq. decis. 445. Lap. alleg. 7. in fi. & est glo. in c. si motu proprio in uerbo, ob hoc. de præb. in 6. in clem. si Romanus. in verbo, validam. eod. tit. vbi Card. in uers. oppono ad hoc & ita tenent Petr. de Anchar. consi. 20. Domin. in cons. 104. in princip. Imol. in l. quidam consulebant. col. 5. vers. & similiter. ff. de re iud. Ioan. de Ana. in c. fraternitatis. col. pe. vers. & ideo dixit. de schismat. Alex. consi. 215. in prin. volum. 7. Ias. in l. si quis quenquam in fi. prin. ff. si quis cautio. Fely. in c. causam quæ. el secundo. col. 4. vers. 5. nota. de test. Staphil. de litt. grat. & iust. fol. 83. Rebuff. super concord. in tit. de form. mand. Apostol. in vltimo effectu. vers. 7. non tollit. & col. seq. vers. 10. non inducit. Paris. cons. 1. nu. 79. vol. 1. cons. 74. nu. 37. uol. 4.

43 Amplia, vt clausula motu proprio, non possit operari, vt collatio facta excommunicato de beneficio sustineatur, prout not. Car. in cle. 1. §. 1. q. 4. de religios. domib. Barbat. super clemen. in Rubr. de rescr. col. 9.

¶ Contrarium, quod ista clausula tollat defectus personæ prouenientes de iure positiuo, voluit Rom. cons. 327. col. pen. vers. primum quia. & Ang. in auth. quod eis. C. de nup.

44 PRIMÒ Concorda has contrarias opin. nā si Princeps habuit plenam notitiam de tali defectu, tunc videatur inducta dispensatio super tali macula, vel defectu, aliàs secus. Ista fuit concordia Bald. in l. fin. C. de crim. sacril. & Alex. in l. quidam consulebant. nu. 13. ff. de re iud. & Dec. in l. 3. nu. 5. ff. quod quisque iuris.

45 SECVNDÒ Concorda, nam alij uoluerunt, quod ratione dictorum defectuum concessio non possit reddi subreptitia, non tamen quod per dictam clausulam sit inducta dispensatio. ita Domin. in d. c. si motu proprio col. 1. vers. sed an clausula motus proprij. & col. 2. vers. est ergo intentio glo. & ibi Io. Andr. vers. in gl. 3. & ibi Franc. col. 1. vers. in eadem. glo. vbi declarat. Rota in nouis, decis. 112, Bonif. in clem. si Romanus. nu. 30. cum pluribus seq. de præb. Dec. in cap. ad aures. col. pen. vbi Rip. col. 15. de rescrip.

Ex ista conclusione superius firmata, vt ista clausula nō tollat defectus ad personam prouisi pertinentes

46 PRIMÒ Infertur, vt per istam clausulam non tollatur defectus irregularitatis, ut tenet Anch. in cons. 20 Fel. in c. causam quæ. el. 2. col. 2. de testib. Rot. in nou decis. 112. & antiq. decis. 445. Franc. in c. si motu. proprio. uers. in eadem glo. de præb. in 6. Staphil. de litt grat. & iust. fol. 83. Rebuff. in concord. in tit. de form. mand. Apostol. in vltimo effectu. vers. 6. non inducit

47 SECVNDÒ Infertur, vt ista clausula non tollat vitii illegitimitatis. gl. & ibi Io. And. in d. c. si motu proprio in uerbo, ob hoc, & ibi Domin. col. 2. vers. est ergo. & Franc. col. 1. vers. in ead. gl. de præb. in 6. Fel. in c. ad aures. num. 7. vers. cogitabā. de rescr. Rota. in nou. decis. 212. & in antiquis decis. 345. Staphil. de lit. grat. & iust. fol. 83.

TERTIÒ Infertur, vt non tollat defectum ætatis glo. in c. si motu proprio, in uerbo, ob hoc. & ibi Dom col. 2. uers. est ergo. Pet. de Anch. cons. 20. & cons. 364 Rota in nou. decis. 112. Staphil. de litt. grat. & iust. fol 88. Rebuff. super concord. in tit. de form. mand. Apostolici. in vlt. effectu. uers. non tamen sufficiat.

Amplia, etiam si quis reperiretur habilis tempore uacationis beneficij, ut not. Franc. in c. si eo tempore de rescrip. in 6. Staphil. de litt. grat. & iust. fol. 88.

¶ Contrarium in ista ampliatione tenuit Domin in d. c. si eo tempore. col. 2. uers. ego crederem. Abb. in c. dilectus filius, col. pen. uers. ex hac cōcordia. de præb Rom. cons. 327. col. fi. Fel. in c. cam te. col. 9. de rescrip

48 QVARTÒ Infertur, ut ista clausula non tollat incōpatibilitatem beneficiorum gl. in c. fi. in gl. fi de off. leg in 6. & ibi Dom. col. fi. gl. in cle. si Roma. Pontifex. in uerbo, ualidā ubi Bonif. nu. 30 & seq. de præb. Abb. in c. cum olim. col. 4. de re iud. Franc. in c. quamuis. col. 2 de præb. in 6. Rota in nou. decis. 112. & in antiq. decis 445. Card. cons. 117. col. j. Ripa. in c. ad aures. col. 15. de rescrip. Paris. cons. 74. col. 3. uol. 4.

49 V. Infertur, ut non tollat defectum bigamiæ. Ioan. And. in c. si motu proprio. post. glo. ibi. & ibi etiā Dom col. 2. de præb. in 6. Fel. in c. ad aures. nu. 7. de rescript

50 VI. Infertur, ut non tollat defectum circa principalitatem beneficij, de qua non est facta mentio, prout tenet Rot. in antiq. decis. 445. Alex. cons. 215. uol. 7. Staphil. de litt. grat. & iust. fol. 85.

51 VII. Infertur, ut non tollat defectum circa uitiū corporis, ut per gl. in d. c. si motu proprio. & ibi Do. col. 2. de præb. in 6. Fel. in c. ad aures. nu. 7. de rescr.

OCTAVÒ

52 Octavò Infertur, vt ista clausula non tollat defectum ordinis, Pet.de Anch.conf.29. & conf.364. Staphil.de litt.grat.& iust.fo.88. Rebuff.in concord.in tit. de form.mand.Apostol.in vltimo effectu. uersic. non tamen sufficit.

53 IX. Generaliter infertur quod ista clausola non tollit qualitates intrinsecas. Abb.in c.ad aures.nu. 5. de tesc. Vital.in tract.clausularum.fol. 4.col.3.Staphil. de litt. grat.&iust.fol.85.

Limita omnes prædictos casus, nisi prouisio facta patienti defectus, facta fuerit, non solum cum clausula motu proprio, sed etiam cum clausula, ex certa scientia, vt declarat Bonif.in cle. si Romanus Pontifex.nu. 50.de præb.

54 XI. Infertur, ex prædicta secunda limit. nam si dicta clausula non tollit defectum intentionis: sequitur, vt non comprehendat etiam non verisimilia. ita Rota in nou.decis.489. Pars.in conf.1.nu.80. uol.1. & consil. 4.nu.34.uol.2.& conf.74.nu.42.uol.4.

55 XII. Infertur, vt ista clausula non comprebendat inconsueta. Bald.in l.fideicom. §. si seruo. ff. de leg. 3. Prob.in addit.ad Ioan.Mon.in d.cap.si motu proprio. col.2.Fely.in c.in nostra.in vltimo corollario. de rescr. & in c.cum ecclesiasticæ, de except. Io.de Syl. in tract. de benef.in 3.par.q.11.in 22. qualitate.

56 XIII. Infertur, vt per istam clausula non comprehendantur incognita, vt per Bal.in l.fi.C.de crim.sacrileg. & Fel.in c.causam quæ.cl.2.col.4.uer.5.not. de testib.

57 XIIII. Infertur, vt concessio motu proprio facta de beneficio hospitali, nulla facta mentione, quòd sit hospitale, non operetur.gl.in cle.per litteras. & ibi Card. in 5. q. de præbend.idem voluit Card.in consilio 118. Fely.in c.in nostra.nu.21.in 22.coroll.de rescript. Io. de Syl.in tract.de benef.in 3.par.q.11. nu. 26.

58 XV. Infertur, vt gratia motu proprio concessa seculari de beneficio regulari, qualitate regularitatis minimè expressa, nihil operari possit. Bal.in l.fideicommissa.§.si seruo.ff.de lega.3. Fely. in c.in nostra. in vltimo coroll.nu.41.de rescript.

59 Secundus effectus principalis clausulæ, motu proprio, est, ut habeat uim clausulæ non obstante, ut not. Bald.in l.omnes.ubi etiam Ang.C.de quadri.præscrip. Ioan.And.in c.1.col.pen.uer.quinta opi. de excess.prælat.lib.6. Soc.conf.117. in fi. uol.3. Claud. in l. si quis iniquum.col.2.versi.5.habet uim.ff.quod quisque iur. licèt non plenè firmet. Cur.sen.conf.66. nu. 65. Ruin. consi.21.col.5.uol.5.

¶ Contrarium sentit Dom.in c.1.col. fi.uers. sed non est sic.de fil.presbyt.in 9. Abb.in c.nonnulli.col.5.uers. circa quartum, vbi Fely.col.15.uers.fallit 3.de rescript. Rebuff.in cōcord.sub rubr.de form. mād. Apost.in 15. * effectu.Ruin.in cōs.109.nu.5. uol.3.qui hāc dicit * cōmunem opin.

* Tenendo hanc ultimam opin.magis *communem. Declara, quia clausula motus proprij, si est coniuncta cū clausulæ derogatoriæ, prout hāc opi. sequuntur Pau.de.Cast.conf.357.nu. 5.vol.1. Card. in conf.16. in fin. Mil.in verbo, gratia motu proprio. Franc.in c. 1. col.3.versic.sed si impetrario rescripti, vbi Dom. col.4. versi.quinta opin.de excep.in 6. Rom. conf.327. col. pen.ver.2.respondeo. Cor.conf.67.col.fi. ver. accedat etiam.vol.3. Prob.in addit.ad Io. Mon. in cap. si motu proprio col.1.de præb.in 6. Domi.in cap.ei cui. col. 4. ver.cum ergo per has clausulas.& ver.2.verò casu.eod. tit. Clau.in l.si quis iniquum, col.1.versi.4.operatur.ff. quod quisque iur. Dec.in l.certum.col.2.ff.si cer.pet.& conf.165.col.fi.Fel.in c.constitutus col.4.versi.limita 4.de rescri.Cassad.decis.4.nu.3 de concess. præb.Ripa in 6.respon.in 2.lib.col.fin.vers. sed iste non est casus noster. Gom.in c.1.nu.198 de constit.in 6. Rebuff. in concord. in rub. de form.mand. Apostolici.in 19. & 23.effectu. Rui.conf.163.nu.21.vol.5.

¶ Contrarium tenet Dom.in c.1.col.pe. post Imo. ibi.& ibi Franc.col.2.de fil.presbyt. in 6. Dom. in c. quamuis.col.1.& seq.& ibi Fran.col.1.ver. quid tamē, de rescrip.in 6. Aene.de Falco.in tract.reseruat. fol.26. Rui.conf.228.col.1.& seq.vol.1.

60 Concordia sumitur ex dictis Dom.& Franc.in d. c. 1.de fil.presby. in locis proximè allegatis, qui tenent, quod per has duas clausulas simul iunctas derogetur statutis ecclesiæ, non autem derogetur iuri communi. & ita voluit Franc.in c.ei cui.col. 2.ver. quid autem si cū clausula.de præb.in 6.ubi licèt dicat Imo. & Dom. ibi contrarium sentire, tamen hoc mihi non videtur verum, quia Dom. expressè sentit hanc declarationem.

61 Tertius Effectus clausulæ motu proprio, est, quia reddit gratiam fauorabilem. Io. And.in c.cum in cunctis.col.3.ver.secus si Princeps.vbi Host.col.4. versic. & si priuilegium.de elect. Aret.in c.causam quæ.col.2. & seq.vbi Fel.col.3.ver.4.nota.& col.pen.ver. 2. operabitur.de test. Ancha.conf.138. ver. postremo. Card. in clem.1.in primo not.de rer.permut.refert, & sequitur.Fel.in c.causam quæ. col.8.versi.idem limita.de rescrip. Aegid.decis.746 col.fi. Ancha.consi.295.col.1. Mil.in verbo, gracia, motu proprio. Dec.in consi.341. nu.5.& in l.3.nu.4.ff.quod quisque iur. Rebuff.in concord.sub rub.de for.mād. Apostolici, in primo effectu.

62 Amplia istam conclusionem procedere etiam in dispensatione, vt per Ant.de But. in d.c. cum in cunctis. col.4.ver.nota hic. & ibi Abb. in §. cum inferior. col. fi. ver.nota primò hoc dictum. Rebuf.in loco proximè allegato, in quarto effectu.

63 Ratio est, quia gratia motu proprio concessa, dicitur esse beneficium principis. Io. And.in c.duobus.col. 3.ver.sed quæro.& ibi Dom.col.3.ver.sed pone.de rescrip.in 6. Dom.in conf.104.col.1.ver.item pro eo facit. Staphil.de litteris grat.& iust.fol.87.versic. & ideo dicunt.

64 Igitur non immeritò latissimam recipiet interpretationem.c.si pluribus.de præb.in 6.vbi Fran.in secundo no.Io. And.in c.duobus.col.3.uersi. sed quæro. vbi Dom.col.3.uer.sed pone, de rescrip.in 6. Ant. de But. in c.cum in cunctis.§.cum verò.uer.no. quod dicitur. de electio. Imo.in clem.vnica, in 2.not. de rer. permut. Bonif.in clem.si Romanus.nu. 26.de præb. Staphil.in loco proximè allegato.

65 Limita in reseruatione, quæ quamuis sit facta motu proprio, nihilominus remanet odiosa, vt not. Aene. de Falco.in tract.reseruat.fol.3.

66 Quartus Effectus est, quia stāte motu proprio, non habet locum titulus, quod quisque iur.per text.in l.3.ff.quod quisque iur. Bar.in l.fin.§.donec.in fi.C.de iur.deliber.gl.in auth.quas actiones.in gl.2, uersi.nec obstat.C.de sacros.eccle.glo.in l.1.§.si quis.in uerbo, decernetur.ff.quod quisque iur.glo.fin.in fi. in c. 2.de mut.petit.Bal.in l.quod fauore.col.2. in secūda oppos. C.de leg.& in l.1.col.7.uer. alij assignant aliam rationem. C.de sacrosanct.eccles. Abb.in c.fi.col.2. vers.tu vide.de vita & honest.cler.& in c.1.col.3.versi.nam si lex.de restit.in integr. Rom.consi.327.col. fin.uersi. 3. quia.Fel.in c.2.col.5.de mut.petit.& in c.causam quę. cl 2.nu.7.uer.6.no.de testib. Dec.in l.3.col.1.ff.quod quisque iuris. Sarn.in reg.de ann.q.10.nu.3. Rebuff.in loco superius alleg.in 27.effectu.

¶ Contrarium uoluit Staphil. de litt. grat. & iust. fol.86.

67 Primò

67 Primò Limita primam opin. quando priuilegium impetratum motu proprio respiceret ordinatoria iudicis, uel illius processum, ut per Bar. in l. fi. uer. reassumo ergo breuiter. C. de fruct. & lit. expen. Roman. in sing. 379. Ias. in l. 3. in prin. ff. quod quisque iur. Fel. in ca. 2. col. 2 de mut. petit.

¶Contrarium, quòd idem sit in ordinatorijs, ponit Fel. in rubr. de rescr. col. 1. uer. quæ omnia. Claud. in l. 3. in prin. ff. quod quisque iur.

68 Secundò Limita, nisi priuilegium motu proprio concessum sit in materia, quæ per uiam correlatiui, vel necessariæ consequentiæ alteri parificetur, vt per Fel. in c. 2. col. fi. uer. limita. 2. de mut. petit.

69 Quintus Effectus dictæ clausulæ est, quia tollit diligentiam processus. Ita Ioan. And in c. duobus. col. 3. uer. sed quæro. ubi Domi. col. 3. uersic. sed pone. ubi Fran. in uer. 2. quærit. de rescrip. in 6. Roman in cons. 327. col. fi. uers. 4. uidemus. Bonif. in clem. si Roman. nu. 38. de præb. Soc. in cons. 67. nu. 7. uol. 3. gl. in reg Cancel. 15. Staphil. de litt. grat. & iust. fol. 87.

70 Declara, quia non propterea tollit possessionem, qñ duo sunt in data pares, & unus hēt clausulā motu proprio. ita Bonif. in clem. si Romanus. nu. 29. de præb.

71 Sextus Effectus est, quia dicta clausula operatur circa oēs qualitates extrinsecas. Rota in nou. deci. 111.

72 Septimus Effectus est, quia motus proprius ampliat gratiā. Lap. alleg. 7. in fi. uer. imò operatur aliud. Domin. in consi. 104. col. 2. uers. item pro eo facit. Fel. in c. ad aures. col. 7. uer. quintus casus. de rescript. Gomes. in c. 1. nu. 199. de constitut. lib. 6. ubi tenet, quod ēt extendatur ultra præsumptam mentē concedentis.

¶ Contrarium tenet glo. in clem. 2. in uerbo, dilectus, de præb. Dom. in c. si plurib. in 3. not. de præb. in 6 Card. in clem. 1. §. cæterum. in 7. q. de concess. præb. & cons. 46. col. fi. uers. & est ratio. Rota in antiq. decis. 445. Fel. in c. causam quæ. el 2. col. 2. uersi. ad idem uide, de testib. Rebuff. in concord. in rub. de for. mand. Apostol. in ultimo effectu. uer. 12. non. ampliat. Rui. cons. 226. nu. 11. uol. 2.

73 Primò Concorda has contrarias opi. ut ita demū clausula motus proprij non ampliet gratiam, quando est contra pręsumptam mentē concedentis. ita Card. in cōs. 96. col. fi. Felin. in c. causam quæ, el. 2. col. 2. de testib.

74 Hinc est, vt ista clausula ampliet in ijs, q̄ sunt expressa, non autem in ijs, quæ non sunt expressa, vt per Dō. in c. si pluribus. in 3. not. ubi Franc. col. j. uers. uel. potest dici tertiò. de præb. in 6. Fely. in c. ad aures. col. 7. uers. quintus casus. de rescrip. Rebuff. in cōcord. in rub. de form. mand. Apostolici. in ultimo effectu. uersic. 12. non ampliat. Rui. cons. 226. nu. 11. uol. 2.

75 Secundò Concorda, quia clausula motus proprij ampliat gratiam in ijs, quæ non sunt contra ius cōe, secus uerò in ijs, quę sunt contra ius commune, vt dicit Franc. in d. c. si pluribus, col. j. uer. uel secundò potest dici, de præb. in 6.

76 Tertiò Concorda, nam motus proptius ampliat gratiam in casibus in iure expressis, non autē in alijs. Franc. in d. c. si plurib. col. 1. uer. uel dic 4.

77 Octavus Effectus est, quia clausula motus proprij facit, vt gratia operetur in pinguiori beneficio. c. si plurib. de præb. in 6. Ròma. in consi. 327. col. fi. uers. 6. quia uidemus Bonif. in clem. si Rom. Pont. nu. 36. de præb. Rebuff. in concor. in loco superius citato. in 12. effectu. Staphil. de litt. grat. & iust. fol. 88. vers. 9. similis.

78 Nonus Effectus est, quia per clausulam istam reuocatur processus factus in uim primarum litterarum ēt ante notitiam, ut tenet Inno. in c. cum contingat. col. j. uer. & hoc intelligo. de rescrip. Imo. in c. cæterum. col. 5. uer. si uerò reuocatio, ubi Dec. nu. 7. de rescrip. Abb. in c. cum M. Ferrarien. col. fi. uer. hæc dicta. post Ant. de But. ibi, col. antep. uer. puto quòd si Papa, de const. Domi. in cons. 47. col. 1. ver. nam quando Papa. Franc. in c. ut nostrum. col. 3. uersic. aliquando & secundo. de appel. Soc. in cons. 117. col. fi. uol. 3. Fel. in c. causam quæ. el 2. col. 4. uer. 8. nota. de test. Rebuff. qui hanc dicit communem * opi. in rep. l. quod iussit. in 2. no. ma. 90. ff. de re iud. & in concord. in loco supra allegato, in 19. effectu.

¶Contrarium, quòd non reuocetur processus, nisi postquam ad notitiam peruenit, licèt sufficiat qualiscunque notitia, etiamsi secundæ litteræ motu proprio emanauerint, tenet Inn. in c. 1. col. 3. uer. idem uidetur si expressè. de concess. præb. in 6. Ant. de But. in c. cęterū. col. 1. uer. sed in hoc. & ibi Fel. col. 12. ver. prima restrictio. de rescrip. Dom. in c. 1. §. ex parte verò. col. 4. ver. primo casu. & ibi Fran. col. 3. uer. aliqñ in secundis litteris. de cōcess. præb. in 6. apostil. ad decis. Tholos. 480.

79 Declara, quia in hoc omnes videntur conuenire, vt non requiratur rescripti præsentatio. Fel. in d. c. cęterū. col. 12. de rescr. Clau. in l. si quis iniquum. ff. q. quisque iuris. Rebuff. in concord. in rubr. de form. mand. Apostol. in 21. effectu.

80 Concorda has opin. vt prima procedat in expressa reuocatione, & in tacita procedat secunda: ita Dec. in c. cum M. Ferrarien. col. fi. de const.

81 X. Effectus est, quia in gratia motu proprio concessa valor beneficij non est exprimendus, vt not. Petr. de Anch. in cōs. 138. & cons. 295. Rot. in nou. decis. 292. quæ videtur istud affirmare ex tenore Reg. Cācel. quę expressè excipit concessionem factam motu proprio. idem tenet Fel. in c. ad aures, col. 5. uer. quarta conclusio. & ibi Dec. nu. 11. & etiam Rip. nu. 83. de rescr. Fel. in c. causam quæ, el 2. uer. 2. noto. de testib. & in c. fin. col. 2. uer. sed ultra omnes. de præsumpt. Io. de Sylu in tract. de benefic. in 3. par. q. 12. in 5. casu. Claud. in l. 3. col. 1. uer. item operatur & 2. ff. quod quisque iur. Rebuff. in concord. in loco aliàs allegato, in 31. effectu.

Contrarium tenet Abb. in c. ad aures. num. 5. & ibi etiam Barb. nu. 38. de rescrip.

82 XI. Effectus est, nam stante clausula motu proprio non præsumitur facta concessio propter importunitatem, ita Bal. in l. quod fauore. col. 2. in 2. oppositione C. de leg. Abb. in c. accedentes. col. fi. uer. ego aliter dicerem. de præscript. Fel. in c. causam quæ. el 2. col. pen uersic. 13. nota. de test. Sarn. in regula de annali. q. 10 nu. 3. Rebuff. in concor. in loco supradicto, in 17. effectu. Rui. cons. 147. col. pen. uol 4.

83 XII. Effectus est, nam stante tali clausula præsumitur concedens usus plenitudine potestatis, ut tene Ant. de But. in c. constitutus: col. 2. uersi. non obstat q notat. de rescrip. Fel. in d. c. causam quæ. el 2. col. 3. uer 4. nota. de test. Dec. in l. 3. col. 1. uersic. & paria sunt. ff. quod quisque iur. Rebuff. in concor. in loco supra citato, in 35. effectu.

84 XIII. effectus est, quia non uitiatur gratia motu proprio facta, etiam q. concedens fuisset difficilius concessurus, si intellexisset. ita Fel. in cap. causam quæ. el 2 col. pen. uer. vltimò considero. de testib.

85 XIIII. Effectus est, quia ista clausula operatur, ut collatio facta de beneficio vacante in curia, nō facta mentione, q. in curia vacauerit, ualet: licet aliàs non valeret, ut voluit Dom. in c. 2. col. pen. uer quæro quid. & uer. sed quid si Papa. & ibi Fran. col. fi. versi. 2. quæritur an teneat. de præb. in 6. Soc. in cons. 117. col. fi. uol. 3 Aene. de Falc. in tract. reseruat. fol. 28. in 36. effectu.

86 XV.

86 XV. Effectus est, nam ista clausula tollit. vim decreti, & propterea operatur in beneficio reseruato, prout hanc opi. tenent C.dd. cons. 3. in tit. de præb. Dom. in c. statutum. col. fi. ver. quærit vlt. Lap. de præb. in 6. Soc. in cons. 117. col. fi. vol. 3. & cons. 3. col. 3. vol. 3. Rebuff. in concord. in loco supradicto, in 21. & 25. effectu.

87 ¶ Contrarium in beneficio reseruato in fauorem certæ personæ, in quo collatio facta de tali beneficio etiam motu proprio, non operatur, tenet Gemin. in c. postulasti. col. 16. de rescript. refert, & sequitur Fely. in c. in nostra, ver. & istis adde. de rescrip. Rot. in nou. decis. 489.

87 XVI. Effectus est, quia in Principe rescribente motu proprio præsumitur iusta causa, vt diximus supra in 2. lib. in 3. conclus. in tit. de nō toll. iur. quæs. in 6. limit.

89 XVII. Effectus est, nam stante ista clausula videntur probata ea omnia quæ princeps asserit in suis litteris, vt per Dec. in l. 3. col. 3. ff. quod quisque iur. & consi. 341. nu. 5. & de hoc plenè diximus in 2. lib. in tit. de probat. in 2. conclus. in limitationibus secundæ partis illius conclusionis.

90 XVIII. Effectus est, quia per clausulam motu proprio, in facultate conferendi quæcunque beneficia, nō venit facultas conferendi beneficia in curia vacantia. Domin. in c. 2. col. fi. ver. sed quid si Papa? & ibi Fran. in vltimo notab. & fuit de mente Petr. de Anch. ibi. col. 1. versic. circa hoc etiam quærit Lap. de præb. in 6. Aene. de Falc. in tract. reseruat. fol. 50. & seq.

91 XIX. Effectus est, nam si Papa motu propriò conferat præbendam si vacat, satis est, quòd vacet tempore collationis, vel receptionis, licèt non vacaret tempore datæ: ita voluit Io. And. in c. dilectus. el 2. col. fi. ver. & si Papa. de præb. Staphil. de litt. grat. & iust. fol. 88. ver. sed quando Papa.

92 XX. Effectus est, quia impetranti cum clausula motu proprio in terminis clem. primæ, de concess. præb. non currit tempus a die notæ vacationis in loco, sed tantum a die scientiæ, vt declarat Lap. in d. clem. 1. de concess. præb. quem sequitur Soc. cōs. 117. col. fi. vol. 3.

¶ Contrarium tenet Card. in d. clem. 1. §. cæterum. in 7. q. de concess. præb.

93 XXI. Effectus est, quia clausula motu proprio, habet vim specialis expressionis, vt not. Ang. in l. sed & si quæsitum. ff. si quis cautio. Dec. in l. certum. col. 2. ff. si cert. pet.

94 XXII. Effectus est, quia iuxta notata per Bar. in l. vniuersi. C. de legat. lib. 10. ad hoc vt quis habeat excusationem a muneribus propter officia publica administrata, debent illa esse obtenta motu proprio, non autem per suffragia, vt declarat Fel. in c. causam quæ. el 2. col. 3. ver. quarto generaliter. de testib. Rebuff. in concord. in loco supra citato, in 34. effectu.

95 XXIII. Effectus est, quia immunitas concessa alicui motu proprio, operatur, vt alij non immunes ad onera illius teneantur, secundum Abb. in c. accedentes. col. fi. ver. ego aliter dicerem. ubi Fel. col. pen. ver. quarta conclusio. de præscriptio. Host. in c. 2. col. 3. ver. priuilegia verò Imperatorum. ubi etiam Abb. col. pen. uer. si autē talia priuilegia de immun. eccles. Alex. cons. 33. col. fi. vol. 3. Bertrand. cons. 181. nu. 7. vol. 3. in nouis.

96 XXIIII. Effectus est, nam prohibitus sub pœna certum officium exercere, non incurrit pœnam is, qui illud motu proprio consequitur, prout concludit Io. de Ana. in c. cum sit. vers. quod autem si fuit. col 2. de Iudæis. quod intelligit Fel. in c. causam quæ. el 1. col. 4. de test. quando Princeps sciebat conditionem illius. idem uoluit Dec. in l. 3. col. 1. uer. & pœna quæ imponitur. ff. quod quisque iur. Rebuff. in concord. in loco aliàs citato in 24. effectu.

97 XXV. Effectus est, quia astrictus cohorti non potest ad aliam militiam transire etiam ex rescripto Principis motu proprio emanato. l. fi. C. de cohortal. lib. 12. & ibi Bart. & omnes alij ponunt. Corsett. in sing. in uerbo, priuilegium. Rebuff. in concord. in loco supradicto, in ultimo effectu. uer. vltimo non valet.

98 XXVI. Effectus est, nam quamuis iudex excommunicatum ad partis instantiam absoluere non possit, nisi parte citata, secus si ille motu proprio fuerit excōmunicatus. gl. in c. excommunicatus. 11. q. 3. sequitur Bal. in l. si pacto. col. 1. C. de pact.

99 XXVII. Effectus est, nam stante identitate rationis gratia motu propriò facta comprehenditur sub dispositione, etiam q̄ simpliciter dispositio loquatur de gratia impetrata. Sarnen. in regula, de impet. per obitum famil. Card. q. 1. Rui. cons. 133. nu. 1. vol. 1. & hoc ma-
100 ximè verum est, si fuerit adiecta illa clausula, quoquo modo, vt per Rui. in d. cons. 153. nu. 2. vol. 1.

101 Amplia, nam idem quando Papa mandat prouideri, quia intelligitur, siue mandat motu proprio, siue nō, vt dicit Dom. in cons. 104. col. 2. ver. sed dico. nam omne quod conceditur a Principe contra ius commune priuilegium appellatur, siue motu proprio siue ad partis postulationem concedatur. vt declarat Ruin. in d. cons. 33. nu. 4. vol. 1.

102 XXVIII. Et vltimus effectus huius clausulæ est, nā dicta clausula non operatur, nisi fuerit scripta manu Principis. ita gl. fi. per illum tex. in ca. si motu proprio. de præb. in 6. & ibi Dom. col. 2. & seq. & Fran. col. pen. super gl. fi. & idem tenent gl. in cle. si Romanus Pontifex. in gl. 4. de præb. Rōt. in nou. decis. 332. versi. item pro hoc inducebatur. Aegid. decis. 746. col. fi. ver. & potest responderi. Rot. in nou. decis. 489. Rom. cōs. 427. col. pe. ver. primum quia inducit. Alber. de Rosa. in l. 1. num. 27. ff. quod quisque iur. Iacob. in l. 3. in prin. in 1. lect. ff. eo. tit. Fel. in c. causam quæ. el 2. col. 4 uer. 10. nota. de test. & in c. cum inter. col. 2. vet. immo quod etiā. Dec. num. 8 de exceptio. Ang. in l. omnes. C. de quadrien. præscriptio. Sarnen. in regula de ann. q. 10. Staphil. de litteris grat. & iust. fol. 84. Rebuff. in cōcordan. in loco supradicto. in vlt. effectu. uersi. 11. non præsumuntur. Fel. in cons. 31. nu. 16.

103 Primò Amplia, quia ista clausula testibus probari non potest. vt no. Dom. in d. c. in motu proprio. col. 2. & seq. in glo. fi. Rot. in antiq. decis. 131. & in nou. decis. 132. Iacobin. in l. 3. in prin. in 1. lect. ff. quod quisque iur.

104 Hinc est, ut si probaretur, q̄ Princeps fecisset gratiam non motu proprio, si tñ illa non esset scripta, illa clausula nihil operaretur, vt voluit gl. fi. in d. c. si motu proprio. de præb. in 6. Fel. in c. si quādo. col. fi. de rescri.

105 Declara, quia etiam ista clausula poterit per testes probari, quando testes deponerent, q̄ uiderunt prædictam clausulam in litteris, si postmodum illa non apparet, vt declarat Franc. in c. si motu proprio. col. pen. uer. nec obstat. gl. hic.

106 Secundò Amplia, ut etiam in gratia facta absenti, vel ignoranti, necesse sit q̄ clausula motu proprio sit scripta, vt tenent Bal. in c. cum adeo, in fi. ver. ego puto, de rescr. Dom. in d. c. si motu proprio. col. pen. ubi Franc. col. pen. uer. in gl. fi. in fi. Fel. in c. si quando. col. fi. ver. pro quo vide. de rescrip. & in c. causam quæ. el 2. col. 4. uer. 10. nota. de test. & in c. cū inter. col. 2. de exceptio. Rebuff. in concord. in loco supra allegato, in vltimo effectu. uer. 11. non præsumuntur.

¶ Cōtrarium tenet Rota in nou. decis. 332. circa fi.

* Tenendo primam opin.* communem.

Tertio

107 Tertiò Amplia, nam si probaretur gratiam esse factam ad instantiam partis: si tamen clausula motu proprio sit in gratia scripta, gratia illa dicitur motu proprio facta, & suum effectum operatur, vt not. glo. in ca. si motu proprio, in addit. vbi Io. And. in fi. verbis, & ibi etiam Prob. in addit. ad Io. Monte. in prin. Bal. in c. nisi col. 2. versic. pone in litteris. de of. deleg. Card. cõs. 145. in fi. Fel. in c. si quãdo. col. fi. de rescript. Curt. sen. cons. 66. num. 64. & seq. Dec. in l. 3. num. 3. ff. quod quisque iur. & in c. ex parte. num. 5. de rescrip. & cons. 51. nu. 3 & cons. 341. num. 4. & in c. cum M. Ferrariensis. versic. sed adde. de const. Sam. in reg. de impetr. per ob. fam. Card. in 1. q. in prin. Gram. cons. ciu. 99. col. 4. & consi. 100. col. 6. Bert. cons. 202. nu. 6. uol. 1. in nou. & cons. 392. nu. j. vol. j. Rebuff. in pract. in tit. de claus. mand. num. 21.

108 Limita hoc vltimum ex mente Decij in c. cum M. Ferrarien. col. 11. uers. non obstat dictum Sal. de constit. nisi Papa aliàs non concessisset, quia tali casu gratia censeretur facta ad postulationem, licèt Papa in signatura dicat motu proprio.

¶ Contrarium tamen tenet Sarnen. in reg. de ann. q. 10. nu. 8. vbi improbat opi. Dec.

109 Primò Limita hanc conclusionem ultimi effectus, quia geminata concessio habet uim clausulæ motu proprio, ita Bal. in l. nec damnosa. uers. sed contra primum dictum ubi Fulgo. uers. & sic secundum. C. de prec. Imper. offer. Bal. in l. rescripta. col. 2. vers. idem videtur. C. eo. tit. Io. de Plat. in l. pen. col. pen. uers. idem enim operatur. C. de petit. bon. sublat. lib. 10. Rom. in l. si uerò. §. de uiro nu. 56. ff. sol. matr. Alex. in l. 3. in prin. uers. quod primò limita, & ibi Iacobin. in 2. lect. in prin. ff. quod quisque iur. Soc. in cons. 3. num. 11. uol. 3. Ias. in l. cum procurator. §. si dominus. col. 2. ff. de nou. oper. nunc. & in auth. quas actiones. col. 4. uers. illud ẽt
* C. de sacros. eccl. ubi dicit communem * opi. quia dicit nunquam uidisse contradicentem ad istud dictum. Gram. cons. 33. nu. 2. & 6. Paris. cons. 9. nu. 21. uol. 3.

¶ Contrarium tenet Ias. in l. nec damnosa, circa fi. C. de prec. Imper. offe. Felyn. in c. causam quæ, el 2. col. 4. uers. decimo nota. de testib. Dec. in l. 3. col. 2. ff. quod quisque iur.

110 Concorda, ut limitatio procedat in omnibus alijs concessionibus, præterquam in beneficialibus, in quib. clausula motu proprio, omnino debet esse scripta manu concedentis, nec sufficiat geminatio. ita declarat Felyn. in d. c. causam quæ, col. 4. uers. 10. nota. de test. & in c. si quando. col. pen. & seq. de rescript. Dec. in l. 3. col. 2. ff. quod quisque iur.

111 Sublimita primam opin. quando secundum rescriptum non faceret expressam mentionem de primo. ita singulariter limitat Bal. in l. 2. C. de petit. bon. sublat. lib. 10. in 2. uol. uersi. item quid si Imperator. quem sequitur Ias. in l. nec dãnosa. in fi. C. de prec. Imper. offer.

112 Secundò Limita, quando notorum est, concessionem non potuisse fieri ad partis instantiam: ut quando omnibus ecclesijs esset facta concessio, ita quòd nõ est uerisimile, ut omnes supplicauerint: nam tunc concessio semper præsumitur facta motu proprio, ut notat Bald. in authen. quas actiones. col. 1. uers. uel aliter, ubi etiam Ias. col. 4. uers. ultra Bar. C. de sacros. eccl. Alex. in l. 3. col. 1. uers. Baldus etiam. ubi Iacobin. in 2. lectura. ff. quod quisque iur. Fel. in c. causam quæ. el 2. col. 4. uer. 21. nota. de testa. & in c. si quando. col. fin. uers. datur alia de rescrip.

113 Tertiò Limita in concessione facta ob remunerationem matrimonij, quæ semper præsumitur motu proprio facta, Alex. in l. 3. in prin. vers. 2. limita. & ibi Dec. col. 2. vers. 2. limitatur. & Iacobin. in 2. lect. in prin. ff. quod quisque iur. Ias. in l. ex hoc iure. col. 11. vers. quartus notabilis effectus. ff. de iust. & iur. Fely. in c. causam quæ. el 2. col. 4. uers. 11. nota. de test. Gramm. cons. ciu. 100. col. 6.

114 Ratio est, nam omne quod sit motu proprio, præsumitur factum ob meritum, secundum Bald. in l. quod fauore. col. 2. in 2. oppos. C. de leg.

115 Qvartò Limita, vt conclusio non habeat locum in reseruatione, quæ semper præsumitur motu proprio facta, vt not. Aene. de Falco. in tract. reseruat. fol. 47.

116 V. Limita, nam si in eadem dispositione, in qua Papa apponit clausulam, motu proprio, asserat se id facere ad partis instantiam, clausula motus proprij, etiam scripta manu Papæ, nihil operatur, vt per Rui. cons. 41. col. 6. vol. 2.

117 Amplia, vt hoc habeat locum etiam quando præcedit tantummodò postulatio partis: nam si postmodũ subsequatur concessio etiam cum clausula motu proprio, illa clausula nihil potest operari, secundum Marian. cõs. 77. nu. 98. vol. 1. & Paris. cõs. 79. nu. 23. vol. 4.

CONCLVSIO III.

Argvmentvm.

Clausula Decreti irritantis, quid operetur.

Qvantvm sit vis & vtilitas clausulæ decreti irritantis, & quos effectus pariat, ex infra dicendis demonstrabitur.

1 Primvs Effectus est, vt per clausulam decreti irritantis ligentur etiam ignorantes. c. 1. vers. adijciebatur insuper. de conces. præben. & cap. quondam. vers. prima enim collatio. de præb. in 6. & c. dudum. vers. & quod decretum nostrum. eo. tit. & c. si eo tempore, & ibi gl. in verbo, ignoranter. de elect. in 6. idem uoluit gl. in clem. 1. in verbo, attentari. de concess. præben. gl. in cap. si soli. in verbo, contra ipsam, de concess. præben. in 6. & in c. tibi qui. §. quinimò. in glo. in verbo, decretum. de rescrip. & hanc conclusionem tenent Domi. in c. si eo tẽpore, in 2. not. de elect. in 6. & in cap. si Apostolicæ. colum. 2. uersic. sed Archidiaconus hic. & in c. statutũ. col. fi. uersi. quærit vltimò. vbi Franc. colum. fin. uersic. nec obstat, & in c. quoddam. circa fin. vers. glo. super verbo, ignoranti. de præb. in 6. Archid. in cap. 1. col. 1. vers. sed secundum canones. 19. dist. Card. in cle. 1. in 6. not. de concess. præb. & in cle. 1. in 18. q. ubi Barbat. nu. 25. de elect. Ancha. in c. tibi qui. col. fin. vers. item nota. & ibi Dom. in pen. not. de rescript. in 6. Archid. in c. si Apostolicæ. vers. prior sententia. de preben. in 6. Imol. in c. cognoscentes. col. 2. uers. & pro ista parte de constit. & in clem. col. pen. uers. quid de electione. de elect. Abb. in c. cæterum. col. fi. uers. ego aliter soleo dicere, de rescr. & in c. super eo. in vltimo not. de appell. Ioan. Monac. in c. tibi qui. nu. 2. & ibi Prob. nu. 1. de rescript. in 6. Franc. in cap. dudum. in 8. not. & in c. quoddam. in 1. not. de præb. in 6. & in c. si apostolicæ. col. 1. vers. an autem decretum. eo. tit. & in c. ad nostram. col. 3. uers. nã aliqñ fit reuocatio. de appel. Fely. in c. cognoscentes col. 5. vers. 4. limita. & in c. cæterum. col. 14. uers. ad idẽ. quod notat & ibi Dec. vers. secundò principaliter. de rescri. Card. Alex. in c. quia, in fi. princ. 7. q. 1. Oldr. cons. 319. in prin. Ant. de Butr. in cons. 43. uers. nunc rñdeo ad primum dubium. Roma. cons. 350. col. 3. uers. quo ad tertium. Alex. cons. 97. col. 1. uers. non obstat dicta clausula. uol. 5. Soc. in cons. 112. col. 1. uers. confirmantur põt. uol. 3. Card. in cons. 28. in fin. & in cons. 79. col. 1

Domin.

Domin.in consi.33.Pau.de Cast.in cons.199.nu.10.
vol.1.Cassad.decis.3.num.1.de decret.reseru.& decis.
12.nu.5.de Reg.Cancell.gl.prag.sanct.fol.76. aliàs in
tit.de appell.§.statuit.super verbo, censeatur. Gomes.
in tract.mād.de prouid.nu.135.& seq.Staphil.de litt.
grat.& iust.fol.41.ver.hoc tamen intelligo. Rebuff.in
l.quod iussit.in 2.no.nu.93.ff.de re iud.Bertran. cons.
142.nu.4.vol.2.in antiq.

2 PRIMÒ Amplia, etiamsi in decreto non sit adie-
cta illa clausula scienter, vel ignoranter, sed tantum di-
ctum fuerit, vt quicquid contra factum fuerit, sit irri-
tum, vel inane: nam quando in decreto est apposita illa
clausula scienter, vel ignoranter, materia omni prorsus
dubitatione caret propter illa verba expressa. ita tenet
gl.in c. si eo tempore in verbo, ignoranter.de elect. in
6.& sentit Ant.de But.in cons.45. ibi, maximè quia.
Imo.in cle.1.col.fi.ver.nota bene.de elect.& in clem.
1.col.3.uer.gl.atrentari. de concess.præb.Lap.allegat.
84.col.pen.ver.sed quid si episcopus. ibi præsertim in
dicta form.Prob.in c.tibi qui.nu.3 de rescrip.in 6.Fel.
in c.çeterum.col.14.versic.neq; fit differentia.de rescr.
Aene.de Falc.in tract.reseru.fol.19.

3 SECVNDÒ Amplia, nam tale decretum afficit igno
rantes nedum inferiores, sed etiam executorem apo-
stolicum, vt voluit Domi.in c.quoddam.per illum tex.
in 4.no.& in fi.vcibis,& ibi Fran in 2.no. de præb.in
6.& ibi etiam Anch.in 3.no.Prob.in ca.tibi qui.nu.2.
& nu.5.de rescrip.in 6.

4 TERTIÒ Amplia, quia decretum irritans ligat etiā
ipsum Papam, prout tenent Domi.in d.c. quoddam.in
fi.& ibi Anch.in 3.not.& Fran.in 1.not.de præb.in 6.
Prob.in c.tibi qui.nu.5.de resc.in 6.gl.Reg. Cancell.in
Reg.27.ver.ex quo sequitur.Rebuff.in concord.in ru-
brica de firm.& irreuoc.concord.stabil.in verbo, tertio
notanda.Paris.in cons.37.col.1.uer.2.quia illc.vol.4.

5 Limita,& declara, ut per Dom.in c.statutum. col.fi.
ver.quærit vltimò.de præb.in 6.ubi dicit, q interpo-
nens decretum potest venire contra illud,& actus va-
let, quando facit motu proprio: vel si faciat ad instan-
tiam partis, faciat ex certa scientia cum clausula deroga
toria ipsius decreti.idem tenet Franc.in d. c.statutum.
col.fi.ver.reliquum aliud habes.de rescrip. in 6.Soc.in
cons 117.col.fi.ver.sed quādo prædicta cessarēt.vol 3.

6 QVARTÒ Amplia, etiamsi in fauorem ignorantis
fiat dispositio, nam clausula decreti irritātis ligat igno
rantem disponentem in fauorem ignorantis.tex.est in
d.c.quoddam.& ibi Fran.notat per illum tex.in 2.no.
de præb.in 6.

7 QVINTÒ Amplia, vt conclusio procedat, siue de-
cretum emanauerit motu proprio, siue non: siue iustè,
siue iniustè, siue causa cognita, siue causa non cognita.
ita Abb.in c.çeterum.col.fi.& ibi Fel.col.13.ver.secun
da restrictio.& col.pen. ver. nona & vltima restrictio.
de rescrip. Abb.in c.audita.col.pe.ver.& in hoc articu-
lo.de rest.spol.Prob.in c.tibi qui. nu. 17. de rescrip.in
6.Rebuff.in l.quod iussit.in 2.not.nu.93.ff. de re iud.

8 PRIMÒ Limita principaliter, quia respectu pœnæ
decretum irritans non ligat ignorantes, vt est tex.in c.si
beneficia.& ibi Ancha.in 2.not.de præb. in 6.& idem
tradit gl.in verbo, ex tunc.in cle.nolentes.de hæret.Io.
Andr.in c.tibi qui.circa fi.& ibi Dom.col.fi.uer.uel dic
& melius.& ibi Prob.nu.18.de rescr.in 6.Ant de Butr.
in c.cognoscentes. col.4.ver.fallit 2.& ibi Imol. col.2.
uer.fallit 2. de constit. Imol.in clem.1. col. pen. vers.
quod de electione, ubi etiam Barb.num.26.de electio-
Dom.in c.si apostolicæ.col.pen.uers.sed hodiè legati.
de præben.in6.& cons.33.col.6. uer. nam qua ratio-
ne.Fel.in cap.cognoscentes, col.5.versi.quarto limita.

& in cap.fi.col.12.uer. facit singulare dictum.de con-
stit.in c.1.col.7.ver.& dicit Ioan.And.vt lit.non con-
test.& in proœm.Decret.in verbo, Gregorius.col.3.
uer.facit singulare dictum. Gomes. in tract. mandati
de prouid.nu.137.Staphil.de litt.grat.& iustit. fol. 41.
ver.intelligo tamen.

9 SECVNDÒ Limita in decreto inferioris a Papa, etiam
si esset legatus apostolicus.ita uidetur sentire gl. in c.si
eo tempore.in verbo, ignoranter.de elect.in 6.Archid.
in c.si apostolicæ. uersi. sed nunquid legati decretum.
& ibi Franc.col.1.& seq.uers. an autem decretum. de
præben.in 6.Dom.in d.c.tibi qui.ver.sed contra istud
oppono.& in c.j.§.ecōtra, in fi.de concess.præb.Cardin.
Alex.in c.quia.in fi.prin.in 7.q.1.Ang.in l.genero.col.
fin.vers.& quia nullus inferior.ff.de his, qui not.infam.
Rom.in l.1.§.occisorum.nu.6.& nu.16.ff.ad Syll.& in
10 l.is potest.nu.5.ff. de acq. hæred. qui Ang. & Roma.
proximè allegati concludunt constitutione inferioris
11 fieri non posse, quòd tempus currat ignoranti. Et ex-
pressè quòd decretum legati non afficiat ignorantem,
tenuit Ant.de But.in c.2.col.4.uer.nota hunc effectū.
& ibi Imol.nu.16. uers. & ibi ēt habetur, de in integ.
restit.Io.And.in c.si apostolicæ. col.1.uer. sed dubita-
tur.de præb.in 6.Franc.in c.j§.ex parte.circa fi.de con-
cess.præb.in 6.Collect.in c.dilecta.nu.3.& num.6. de
præb.Prob. in c. tibi qui. nu.1.& seq.de rescrip. in 6.
Barb.in clem.1.nu.28.& seq.de electio. Alex.cons.90.
uol.7.glo.pram.sanct.sub tit. de collat. in §. statuit, in
uerbo, censantur.Aene.de Falco.in tract. reseruat. fol.
64.Soc.in cons.112.uol.3. ubi hanc dicit communē
opi.Cassad.decis.3.de decr.reseru.Villadieg.in tract.de
legato, in 9.q.1 par. col.20.uer.sed.quæro, an decretū.

¶ Contrarium tenuerunt Card.in clem.1.in 6.not.
ubi dicit ita communiter teneri, de concess.præb.& ibi
Bonif.nu.34.ver.conclude. Dom. in ca.si apostolicæ.
col.2.uer.sed est dubium.de præb.in 6. Lap. alleg. 14.
uer.tertiò q inhibitio. Collectar. in c. ecclesia vestra.
nu.25.uer.quid si legatus.de sortileg.& cum hæc opin.
uidetur transire Inn.in c.dilectus.col.1.ver. alijs vide-
tur,& fortè melius, de iur.patr.ubi remittendo se ad no
tata in c.innotuit.de elec.videtur tenere, q valeat pro-
uisio secundi executoris ignorantis facultatem datam
primo, quando decretum irritans non fuit interposi-
12 tum: sentiens per hoc, quod si decretum per primum
executorem fuisset interpositum, q prouisio secundi
ēt ignoranter facta contra decretum primi nō valeret.
Idem clarius tenuit Host.col.3.uer.alijs uidetur. & ibi
etiam Card.in 1.oppo.Host.in summa, in tit.de præb.
§.& a quo.col.1.ver.aut est mandatum.Io.And.in c.cū
dilectus.col.2.de iur.patro.& istam opi.sentit glo.in c.
1.in uerbo, acceptare, de concess.præben.in 6.

13 TERTIÒ Limita, nam contrauentio facta decreto ir
ritanti ab ignorante, est excusabilior: & ppea licèt de
possessione capta contra decretum non sit facienda
mentio, tamen qñ est capita contra decretum ab igno-
rante, debet fieri mentio de tali possessione.Fel.in c.in
nostra.in 36. corrollario, in fi.de rescr. Dom.in c. tibi
qui.col.fi.uer.sed contra istud oppono.de rescr.in 6.

14 QVARTÒ Limita, quia decretum non ligat ignorā-
tes, quando appositum est super incerto corpore bene-
ficij,& non est adiectum tpa.Petr.de Anch.in c.1.col.
2.uer.3.nota, de concess. præben.in 6.& in c. dudum.
in 11. not. ubi Com. col.1. uer. nota. q decretum. de
præb.in 6.Rota in decis.Cassad.3.nu.7.de præb.Bellā
cons.33.col.4.uer.quarta conclusio.Franc.in c.dudum
in 8.not.de præb.in 6.& in c.1.§.ex parte.col.3.uer.in
gl. in uerbo, certam, de concess. præb. in 6. Soc. cons.
117.colum.1.uersi c.aliquando & 2. volum. 3. & con-
sil.12

si.12.col.fi.vol.3.Belenzin.in tract.de charit. subsid. q.
123.num.11.

PRIMÒ Ampliá, quia idem est in reseruatione, nã
15 decretum appositum in speciali reseruatione de certo
corpore beneficij inficit titulum, & possessionem, se-
cus si fuerit appositum super incerto beneficio. ita Bel-
lamer.cons.34.col.3.vers.ad secundũ facit.Felyn.in c.in
nostra.in 36.corollario.de rescrip.Io.de Sylu.in tract.de
benef.in 3.par.q.11.in 20.qualitate.vers.& si diceretur.

16 SECVNDÒ Amplia nam idem est, quando Papa ap-
ponit manus super certo, vel incerto beneficio, prout
ita distinguit Anch. in c.si beneficia. col.1.vers.super
2.de præb.in 6.Cassad.decis.3.nu.31.de præb.

17 TERTIÒ Amplia, idem esse in decreto adiecto in
alternatiua episcopi, super conferendis beneficijs, vt di-
cit Cassad.decis.2.de rest.spol.

18 SECVNDVS Effectus est, quia vbi clausula decreti
est apposita in dispositione, licèt dispositio respiciat cõ
modum partis, tamen pars non potest tali dispositioni
renunciare.ita tenet glo.in verbo, processus, in c.dispen
dia.de res.in 6.nam ille tex.qui tractat litteras impetra-
tas ad diuersos iudices, habet locum etiam si pars con-
sentiat, & non opponat.& ita cũ illa glo. transit Archi.
ibi, & Io.Andr.Ioan.de Fant.& Dom.circa fin.qui di-
cunt etiam hoc tenere Hostiensem. idem tenent Mar.
in c.1.de mut.petit.col.10.Ang.in auth. & consequen
ter.in fin.C.de sent.& inter.om. iud. pro qua opin. est
tex.in c.dilecto.ibi, nisi forte, in fi.de præb. & ibi glo.
in verbo, clausula.& ibi Host.col.3.Pet.de Anc.in pen.
col.vers.vel secundo, & ibi etiam Ioan.And.in 1. solu-
tione.col.3.& ibi clarius Abb. col.3. in vers.in glo.ibi
clausula.& Ant.de Butr.col.pen. in 1. sol.& ibi Imol.
col.3.in 2.sol.Io.de Ana.in c.qa frustra.col.2.de vsur.
Idem tenet Arch.Io.And.Domi.& Philip.Franc. in c.
cum de beneficio.de præb in 6.Ias.in l.omnium in fin.
col.& seq.C.de pact.& in l.inter cætera.col.fi. ff.de lib.
& posth.& cons.85.col.2.vol.3. & in l. non dubium.
col.5.vers.istud secundum.C.de ll. Ang. Arc.in §.tripli.
nu 7.vers.quæro an libellus.Inst.de act.Barb. cons.37.
col.9.uers.& si quispiam diceret.vol.1.Fely.in c.p.& g.
col.pen. uers. potestas officialium. de of.del Corset.in
sing.in verbo prohibitoria constitutio, Prob.latè in c.
tibi qui, nu.8.cum plurib. seqq. de res.lib.6. ubi allegat
plures auctores, qui tenent, q̃ constitutioni prohibiti-
19 uæ, vel annullatiuæ renunciari non põt. idẽ sentit glo.
in verbo, præsumant.in fi.de off.del.in 6. & ibi Domi.
in verbo, conseruatores aũt.col. 2. idem voluit Soc. in
cons.24.col.9.uers.& aduertendũ. & cons. 37. colu.2.
vers.quinimmo qñ adijcitur.vol.1.Clau.in tit. qui feu.
dar.poss.col.34. Fel.in ca.cum accessisset, col. 4.vers.3.
declaratio.de const.& in eo, c.col. 14.& seq.uers.4. limi
ta.& in c.cæterum, col. 13.& seq.de res.vbi finaliter te-
net istam partem contra Dom.q̃ in rescripto cum clau
sulá decreti non insit conditio, si pars vtatur.eandẽ opi.
sequuti sunt Porpur.in l.2.§.creditum.nu.91. ff.si cert.
pet.Io.de Hannibal.in l.nemo põt.col.2. ff.de leg. 1.&
Fel.in c.cum dilecta.col.14. & seq. de rest. & in c. nõ-
nulli.§.sunt & alij.col.10.de res. & in c.cum ex officij.
col.antep.de præsc.in c.fin.§.1.col.1.de off.deleg Mat.
in c.significasti.colum.10.vers.3.quærit.de for. comp.
Alb.Brun.in tract. de form. in tit. quis possit dare, &
tollere formam.in fi.col.Mant.in cõs.38.col.3. & hoc
fuit de mente Rotæ in antiq. decis.294. & hanc dicit
* esse communem * opin. Cassad. decis. 12. de reg. can-
cell. Dec.in l.pacta quæ cõtra.nu.11.C.de pac.Cur.iun.
in l.pe.nu.35.C.eo.ti.Soc.in cõs.87.nu. 7.vol.3.Goz.
in consi.61.nu.7.& in cõs.40.nu.3.Ruin.in cons.158.
nu.2.uol.4.

20 Pro opin.facit, nam si statuta sint confirmata per
Principem supremum cum clausula decreti, licèt fact.
fuerint ad vtilitatem statuentium, tamen ipsi statuẽte
ea non possunt reuocare, vt not.Abb. in d.c.dilecto.de
præb.in 3.col.Ias.in l.posthumo.col.9.C. de bon. poss
cont.tabu.Imol.in l.ex facto.col. 1. ff. de vulg. & pup
Io.Anan.in c.quia frustra. col. 2. de vsur.Ias.in l.om
niũ.col.2.in fi.C.de testa.Fel.in d. c. cum accessissent
col.4.vers.tertia declaratio.de const.

21 PRIMÒ Amplia istam opin.nam licèt in rescript
insit ista conditio, si pars eo vtatur, ut infra dicitur, ta
men in statuto uel constitutione ista clausula nõ inest
ita q̃ pars non põt tali statuto, vel constitutioni renu
ciare.ita Fel.in c.cum ex officij.col.antep.de res.ex mẽ
te Petr.de Anch.quem allegat in c.statutum. in fin. d
res.in 6.& hoc voluit Aret.in l.nemo potest: col. 3. &
ibi Claud.col.4 ff.de leg.1.vbi tenet, q̃ in rescriptis a
beneficia non potest pars renunciare decreto annulla
tiuo apposito in sui fauorem.

22 SECVNDÒ Amplia, idem esse in forma inducta fa
uore priuato.nam eius solemnitati non possunt parte
renunciare, vt uoluit Io.Crot.in l.nemo põt.colum.1
vers.2. ex dictis Bart. ff.de leg.1.vbi hanc dicit cõmu
* nem * opi.Bar.in l.si quando.§.& generaliter.C.de in
off.test.Ant.de But.in c.si diligenti.de for.comp.Io.d
Hannib.in l.nemo põt.ff.de leg. 1. col.2. & nu.438.f
de leg.j.& istud sentit Fely.& Imol.in c.tuis. de testib
dum dicunt iuramentum in teste nõ esse de forma s
stantiali, quasi q̃ si esset, non posset remitti, & cãd.
opin.tenent Aret.in d.c.tuis.col.1.Ias.in l.inter cæter.
ff.de lib.& posth.col.2.Lancel.Dec.in l.posthu.col. 5
vers.sed profecto.C.de bon.poss.cont.tabul.Rebuff. i
l.quod iussit.in 2.not.nu.94.ff.de re iudic.Ruin.cons
46.col.fi.vol.5.

23 ¶ Contrariam verò opin.vt & dispositioni habe
ti decretum irritans in fauorem partium, possint parte
mer renunciare, tenet, gl.in uerbo, commutatur. in fi.i
c.statutum.de res.in 6.in §.cum vero. & ibi Dom. co
pe.nisi corruptè habeatur Dom.ibi, prout dicit Fel.i
d.c.cæterum.col.13.& seq de res. Dec.in l. posthumo
col.7.de bono.poss.cont.tabul. Gem. in cons.121.i
fi.& cons.141.incip.Christi nomine, pro parte, quo
gratia Iuonis.Gom.in §.item si quis postulãte. col.1
inst.de actio. Albe.Brun.in tract. de forma. in tit.qu
do aliqoid cẽseatur traditum pro forma.col.4.Alex.i
cons.96.col.1.uol.4.Cur.iun.in l.posthumo. colum.l
vers.2.dubitatio, idẽ Gomes.latè in c.1.char.13.& se
de res.in 6.Dec.in c.2.col.1.in vlt. not. de test. Staph
de litteris gratię.& iust.char.91.Sarn.in reg. de trien
q.49. & 61.Rebuff.in tract. nomin. fol. 100.in 14.
